DE REPVLSA,

ET REPVLSA REPVLSAE.

Secunda Pars.

QVAE DVM PRINCIPALIBVS IN PROPRIIS causis iurare volentibus vndiq; contingentem reprobationem, aut admissionem prosequitur;

VNIVERSAM SVPPLETORII IVRAMENTI theoricam, & praxim in causidicorum commodum explicatè nimirum complexa est.

AVCTORE IVLIO CAESARE IMBRIANO CAMPANO Iurisconsulto.

ADIECTO PRAETEREA RERVM INDICE ORDINE Elementario igesto, atque locupleti




NEAPOLI,

Ex Typographia Ioanni Iacobi Carlini. M.DCXI.

Ad Spensas Jo. Baptista Cimmini.



ADMODVM ILLVSTRI, ET REVERENDISS. VIRO, D. IOANNI HYERONIMO CAMPANILI, LAQVEDONENSI EPISCOPO DIGNISSIMO.




Iulius Cæsar Imbrianus I. V. D. S. D.



A est Perillustris, et Reuerendissime Antistes virtutum probata conditio, vt eos, quos in domicilium sibi elegerit; intus: forisq; splendere, ac sicut in prosperis nō extolli, ita neque in aduersis deprimi, permittat: imo in æternitates eorū nomina protrahat. Quorum in numero tu longè emicans, hodie mihi occurris, cui vt debita præstem obsequia, ab ipsarum, quæ sunt in te virtutum stimulis excitari, atque adduci, me sentio; vel ex eo tempore, quo Capuæ dum à Romana Curia redires, quiescendi gratia, apud Reuerendissimum Angelum Ciaensem Sancti Benedicti Abbatem dignissimum diuertisti, vbi & tecum colloqui, licuit. tum etiam ex ea, quæ longè, lateque tui nominis fama percrebuit, omnium qui te norunt prædicatione confirmata Neque verò secus de te etiam, qui detrahendi studio delectantur, nequam aliorum famam turpiter sæuire solent, sentire poterunt, vbi generis tui nobilitatem inspexerint, cuius fidissimi nobis sunt testes Freccia in suo perutili de subfeudis tractatu, ac Fuscus, ambo antiquissimæ Rauellensis Ciuitatis Patritij, atque alij vetustiores Historici, qui tuam familiam ea in ciuitate perillustrem esse, a'ijs

que etiam hac nostra ætate, præclarissimis anteponunt, cuius tu nobilitatis hæres, tot maiorum tuorum titulos, qui Castellanensem, & Minorensem Ecclesias gubernarunt, gentilia stemmata, splendore Pontificiæ Dignitatis exornas: cùm nihil, quod in optimo Iuris Diuini Præside requiri possit, vel ad singularem peritiam, vel ad Regiminis Prudētiam, vel ad humanitatem, doctrinam, morum integritatem, ac vitæ sanctitatem in te desiderari, patiaris: vt te in Ecclesia Dei propugnaculum firmissimum, aut Campanile quoddã ad aliorum exemplum erectum, appellare, non verear; in quo tuarum tantarũ virtutum opera, vti in concentum coniecta ordinataque tintinabula, mirum ictibus, pulsibusquè sonum efficiunt; quo gentes ad summi Dei præcepta seruanda conuocantur: sed, vt ad rem redeam, dum aliqua de Iuramenti suppletorij materia ad secundam iam emissæ repulsæ partem compilata, in lucem emittere, ad iustum volumē decreuissem: sub tuo amplissimo nomine, quo defendantur, ac splendore, quo à turpi obliuione vindicentur, ad omnium manus peruenire, volui; sperās fore, vt si scripta defendenda susceperis, auctoris multo acrius nomen defendere, non graueris. Denique ne multis agam pro caronide adiecto, quod et si leue munus sit, quo ad nouam homancij clientelam excitaris, erit tamen tuo nomine non indignum, cum de Iurisiurandi religione sit. quam religiosissimus ipse, inque implendis officijs ardentissimus, colis ac foues. Vale Capuæ Kalend. Septembris Anno M.D.C.XI.



DE REPVLSA

REPVLSA, ET REVLSAE SECVNDAE PARTIS IN PRINCIPIVM.

RERVM SVMMAE.

1 REGVLARITER nullus in propria causa in testem admittitur.
2 Nulli, & omnibus credere vitium est.
3 Iurisiurandi magnum est pondus, & auctoritas.
4 Non temerè à regulis iuris recedendum, & quo casu possit.
5 Cur in causa propria testis quis esse probibeatur, ratio exponitur.
6 Periurium citò persoluitur.
7 Ratio recessus à Regula subijcitur.
8 Glossemma de omnibus ad iuramentum hoc suppletorium necessarijs concipitur.
9 Ratio terminandorum citius iudiciorum in proposito considerata.
10 In leuibus quem non deieraturum; alijs concurrentibus, præsumptio est.
11 De iuramenti huius necessarij delatione cur tractatus institutus.
† Iuramentum quid sit, & quod dicatur quædam tortura spiritualis.
† Iuramentum multiplex refertur & quæ singula sint.
† Necessarium iuramentum adhuc multiplex describitur.
12 Cur necessarium, & suppletorium hoc iuramentum dicatur, ratio.
14 Necessarium iuramentum, alijs suppositis, citra grauamen, negari non potest.
14 Suppletorium iuramentum in subsidium datur, & quando.
15 Ad iuramenti huius delationem, requisitorum series exponitur.
16 Causæ cognitio ad iuramentum prædictum ex quibus deducatur.
17 Primum requisitum est, quod causa sit modica.
18 Secundum, quod semiplena adsit non elisa.
19 Tertium, quod illud petens sit persona honesta, & legalis.
20 Quartum quod verisimiliter aliundè probationes haberi non possint.
21 Quintum, quod sit facta in causa publicatio, & probationum di-

discussio.

22 *Sextum, quod non sit in causa conclusum.*

23 *Septimum, quod à parte petatur.*

24 *Octauum, quod petens per aliquem corporis sensum de vertenti negocio notitiam habeat.*

25 *Nonum, quod ad eius delationem & explicationem pars altera citetur.*

26 *Decimum, quod causa qualitas non refragetur.*

27 *Vndecimum, quod iudicis arbitriũ, media causa cognitione, superinducatur; quo supra dictorum omnium discretio liqueat.*





DE REPVLSA, ET REPVLSA REPVLSAE SECVNDAE PARTIS

CONSIDERATIO VNICA.

QVIA IN DEFECTVM PLENE PROBATIONIS CONTRA iuris regulas, ex iuramento ab ipsis præstando litigantes illam multoties supplere contendunt; uti ad illud instantes reprobari possint, ex varijs causarum figuris discutitur, ac occasione inde sumpta, de eius delatione in vniuersum.

1 
T si, ex vulgata iuris regula, † Neminem in suo familiari negocio ad ferendum veritatis testimoniũ admittendum pręcipiatur; de qua in l. nullus ff. de testibus in l. in omnibus C. eod. & in cap. insuper d. similiter tit. vel etiam, si quem in mortis articulo constitutum, aut tertiæ partis orbis subiugatorum, ad id, Africanum efferamus, ita Tullio testante in oratione pro Roscio, cuius meminere Bartolus in l. deferre ff. de iure fisci, Allegati per Magonium in decisio: Lucensi 89. incip. fuit inquisitus num. 1. Curtius in tract. de testibus conclusio. 4. num. 14. & alij plenissimè per Farinacc. congesti in tract. de testibus. de oppositio: contra personas testium quæstio. 60. num. 60.

Id ipsum tamen, quia, vt seneca Epistolarum lib. 3. docuit, † vti omnibus credere,
2
3 ita nulli, vitium est; propterea † iurisiurandi quoque non paruifacienda relligione pensata, ex notatis per Bartol. in l. seius, & Augerius ff. ad leg. falcidiam, in aliquibus, tanquam regulare intermissum in l. in bonæ fidei C. de iureiurando Faber, & Guidon. Papa notarunt, & numerosiori calculo alij legentes, & repetentes textum in l. admonendi. ff. præcitato titulo; tetigitque in singulari casu iaffredus in decisio: 284. incip. contra iudicem cent. 3. At quia vulgò passim iactatur † non esse temerè à regulis recedendum, 4
sed ita demum, vbi ratione alia suadetur; atque ea quidem; qua substratæ regularis nequicquam comminuatur, vt ex Iustiniani voto in prima ad codicem constitutione, iura iuribus respondere faciamus; propterea pro angulari veluti lapide præsentis nostræ considerationis, deductæ regulæ, & recessus ab ea ratio ponderanda est, vt in casu deinde in indiuiduo explicando, manere vtramque facile sit iudicium.

Ac primũ regulæ quidẽ ratio non obscura est; vbi non modica in proprijs affectione 5
efferuescere homines, ac propemodũ se effundere efferuescentes considerauerimus. Tãti etenim momẽti sola in eorũ pectoribus conspecta est, vbi inordinatè quid appetitur, quod pro cõmuni calamitate accidit frequẽtissimè, vt facilè illos ad eius assecutionem, per omne nefas calcaris instar, peruenire compellat: ad quod inter cætera, & periurium ipsum, † quod tàm cito persoluitur, 6
bonorum pace, referre non incongruit, vt iu

re tandem non contemnendo, supra positam regulam, sagacissima prudentum industria constitutam assequaris.

7 Recessus verò ratiò altera indè deduci posse videtur, quod in modicis causis liberaliter nimis aliorum fidem sequamur; minusuè rerum gestarum testimonijs ipsis non multum vrgentibus,nobis cauere soleamus. Et quia euenire indè frequenter posset, ex aduerso factorum obscuritate per negationem obtinente,bonæ fidei,& optimæ opinionis homines veritatis auxilio destitutos pro prijs rebus defraudari, e contra verò cum eorum iactura locupletari fraudolentos in iudicium accitos.

8 Constitutum propterea,à iam dicta regula excipiendo,fuit;vt vbicunque super leuibus controuersia esset, ac semiplenè Agentis bona opinione commendata,& non elisa intentio patefieret, vel rei conuenti probaretur exceptio probationum aliarum verisimili defectu supposito, ad semiplenam alteram inducendam in affectatæ probationis plenitudinem,modo Actorem, modo reum, ab emissa publicatione citra ad conclusionem vsque petentem,per se ipsum tamen instructum ad iurandum citata parte, nisi aliud impediat,pro iudicantis arbitrio admittendum fore; vti belle, & cumulatissimè in d.l. admonendi suppletionis eiusmodi suggestam materiam ciuilis iuris professores afferre, & consarcire studuerunt, quod, & à pontificij iuris interpretibus,pro eorum munere,non fuisse intermissum in cap.2.de probatio:& in cap.vltimo §. sanè de iureiurando, ac paribus cæteris cuique eorum volumina tractanti in comperto est.

9 Quæ sanè ratio, & si ex præmissis probari ad satietatem deprænhendatur,probabitur tamen,& plenius,si addas, † pro terminandis maturius iudicijs;quia videlicet in leuibus iniustum, ac impertinens fuerit existimatum diutius immorari,ex Caij sententia, de qua in l.1.ff.præcitato titulo, fuisse illud institutum.

Post hæc autem vtriusque manere,ac cõstantem esse expositam rationem parui est

10 iudicare † si quemlibet in leui negocio; in quo non tanta,vel saltem non tam pertimescenda pestiferæ affectionis sarcina pergrauatur,legitima ita ratione dictante,non peieraturum tibi effingas, vti considerasse in re presenti deprænhenditur Alexander in cõ n.74.incip. viso testamento num. 5. vol.1. & Alij plures per Mascard. de more allegati in tract. de probatio: quæstio. 9.num.21. Quare æquissimo iure,& Regulam,& ex ea excerptam exceptionem nitidam obscurum non est:vt meritò nunc ea in sui generalitate dimissa, effectæ exceptionis enucleationem prosequi, pro instituti summa cedat.

Et quia multa ex eius structura enucleanda occurrunt,ex quibus delationi prædictæ construatur aditus;quorum omnium si vnũ, vel alterum deficiat, præclusum illum, aut nequaquam patere intelligimus, propterea pro suscepti oneris ratione, de ipsorum principalium in proprijs causis eorum medio iureiurando deponere, & attestari potentium reprobatione differere offertur; † vt & litigatores ipsi, & qui iudicia habituri sunt, 11 bonæ farinæ iudicantes respectiuè, quando videlicet,in quibusuè causis, ac præexistentibus quibus, se ad aliud admitti petere valeant, ac admittendos eos,pro eorum munere, arbitrari iudicantes possint, summatim addiscant.

Ne tamen manibus, vt aiunt illotis, atque successiuè indiscussis terminis ad tantæ Religionis mensam accedamus in præuiæ inspectionis modum, de quo nobis iuramento sermo habendus sit, cum multiplex perferatur,præconcipiendum est;quęuè sit eius nominis,seu nominum ratio, iuxta iurisconsulti vulpiani ordinem in l.1.ff. si certum petatur.

Primò itaque nè,& eius definitio conticeatur, ex Tullij probato more primo officiorum:dicas iuramentum esse sub sacræ rei assertione, vel attestatione, munitam de re aliqua affirmationem, vel negationem vnde tortura quædam spiritualis ad veritatis inquisitionem creditur, vt per Socinum in consf.253.vol.2.de qua re dicas, vt infra requisito tertio nu.208.& 211.

Illud verò multiplex est, aliud enim voluntarium,quod,& conuentionale appellatur,Aliud iudiciale,aliud verò Necessarium primum est, quod non iudicis in præsentia, sed partibus ita dictantibus,partes sibi inuicem

cem deferunt, ac extra iudicium iurgia decidunt, eiusque ea conditio perspecta est; vt quemadmodum voluntariè defertur, ita quoque relatum ad libitum recusari possit, vt in l. iurisiurandum, quod ex conuentione ff. eod. tit. ac cum ex voluntate deferatur, ita quoque relatum ad libitum recusari possit, vt in l. iurisiurandum, quod ex conuentione ff. eod. tit. ac cum ex voluntate deferatur, prestitum si sit, transactionis robur, ne amplius causa eo decisa refricari possit, protendit, iuxta notata in l. 1. C. de rebus creditis, & iureiurando, & dicam infra in parte vltima, iudiciale præterea est: quod in iudicio pars alteri offert probante iudice, ad litis decisionem, quod ipsum, nisi per viam relationis in offerentem, recusari non potest, iuxta terminos l. delata C. præallegato tit. quod an retractari possit, maximè cum ex relatione præstatur, vide plenè per Tessauru in decis. 240. Necessarium purgatiuum credulitatis, quod, & iuramentum calumniæ dicitur; in quo de quinque iuratur; vt per Spigellium in suo iuris lexicon in verbo iuramentum calumniæ, insuper & aliud, quod iure longobardorum obtinebat, & quod quandoque pro Actore præsumptione existente, Reo defertur, de quibus die, vt in vltima parte num. 446. & sequentibus. Sequitur necessarium aliud affectionis, quo lis ex iurantis affectione existimari solet, vti contra tutores non conficientes repertorium, vt in l. tutor, qui repertorium ff. de administratio: tuto: ac contra violentos rerum abreptores, ex preuia iudicis taxatione, in terminus textus in l. si quando C. vnde vi, vltimum necessarium dicitur, quod modo actori modo reo in probationis supplementum pro iudicis arbitrio, deferri solet, ex textu in vulgata l. admonendi & l. in bonæ fidei, ac de hoc nobis sermo est, tractatioque, & si breuis extruenda.

Quantum tamen ad illud, magis in spetie considerandum est, partim necessarium, partim vero suppletorium, seu suppletiuum nuncupari, & vt aliquid de prædictorum nominum ratione pandamus, ex traditis à Francisco à Ripa in d. l. admonendi, † illud

13 necessarium 1. loco dictum multiplici ex causa effingere possumus, & sic, aut quia ex eius præstatione, iam integrata probatione, necessitas immineat condemnationis, aut absolutionis, vel quia, ex præfatæ l. admonendi, & aliarum dispositione, vti vltimum claudicantium, circa rerum gestarum fidem, remedium petentibus illud à iudice necessariò deferri oporteat, † quod postremum deliberarè, satis probandum est, cum citra grauamen, concurrentibus tamen alijs, petenti illud negari non posse; communiter placitum sit ijs; qui ex ciuili hoc iure, quod potissimum reuoluimus, hanc sibi examinandam, effingendamque materiam absumpserunt ex textu in vulgata leg. in bonæ fidei, quicquid in d. cap. vltimo de iureiurando secus senserint Canonistæ; vt Ferrarius in sua papiensi in verbo iurisiurandi, in forma responsionis Rei conuenti num. 13. aduertit & nos alibi prosequemur.

Quod verò suppletorium, seu suppletiuum dicatur, satis vulgare creditur; cum manifestum sit † eius subsidiarum remedium 14
esse; atque eo tantum casu sibi locum dari; vbi verisimile sit, vltra inducit tam semiplenam ad condemnationem, vel absolutionem Agenti, vel excipienti Reo nullam aliam superesse; quod in eius delatione non insulsè suo loco à iudicante fore attendendum notabitur ex repetito iure in l. admonendi, in l. in bonæ fidei, in l. vltima C. de fide instrumento: cap. 2. de probatio: & cap. ex insinuatione de procurator. ac paribus cæteris.

Consequenter, ad rem ipsam proximus 15
accedendo; quia ad iuramenti præfat delationem multa necessario debere concurrere iuris vtriusque vertices in locis parum ante allegatis voluerunt, † quæ vel rerum qu an- 16
titatem, aut personarum conditionem, vel factorum, aut causarum naturam respiciunt vt Baldus in d. l. in bonæ fidei nu. 10. & Panormitanus in allegato §. sanè censuerunt, ex quorum examine vniuersam materiam colligendam, & ad illam currenti studioso prærentandam instituimus, propterea quæ illa sint, explicatè considerare, loco duximus. Et quia in casu competentis delationis absolutissimum supra Glossemma effinximus, non incommodè facturi videbimur, si iuxta verborum in eo appositorum seriem, ad eorum specificationem procedemus.

17 Quarè, dum in eo diximus primo. *vbicunque si per leuibus cõtrouerteretur,* pro primo requisito colligas, causam, in qua iuramentum præfatum effagitare valeas, modicam esse debere.

18 Secundo loco, dum diximus, *ac semiplenè agentis intentio patefieret.* elicias secundum; quo iam dictam petitionem debere semiplenam probationem præcedere innuitur quoduè integra illa sit; vt puta, quia per contrarias probatione, non fuerit elisa.

19 Tertiò ibi. *bona opinione commendata*, tertium capias; quo in petente ipso honestas vitæ, ac suæ personæ legalitas exigi deprehenditur.

20 Quartò ibi. *probationum aliarum verisimili defectu supposito.* Sumas quartum, quo tunc iuramento prædicto fore, dandumque locum intelligis, vbi verisimiliter aliunde probationes aliæ exiquiri non possunt.

21 Quintò ibi. *ab effectuali publicatione*, vt pro quinto requisito, publicationem in causa factam, ac post eam inductæ probationis discussionem habitam supponas.

22 Sextò ibi. *ad conclusionem vsque*, vt intelligas requiri vltra magis, quod in causa non sit per iudicantis interlocutionem, vt communiter fit, probationibus aditus præclusus.

Septimò ibi. *petentem*, vt pro septimo necessario, ad illud iurare contendentis præhabendam petitionem referas. 23

Octauò ibi. *per se ipsum tamen instructum*; quia videlicet impetente facti, de quo quæritur, per aliquem corporis sensum notitia exigitur. 24

Nonò ibi. *ad iurandum citata parte*, vt intelligas præter actus nullitatem partis ad eiusmodi iuramenti delationem, & explorationem, citationem intermitti non posse. 25

Decimò ibi. *nisi aliud impediat.* vt conijcias, multas præterea causas circumferri, in quibus, pro varijs earum qualitatibus à præfato iuramento fore abstinendum suasum, præceptumque est. 26

Vndecimò, & postremò ibi. *pro iudicantis arbitrio.* Vt iudicis in delatione iam dicta non modicè necessarium ministerium assequaris. Omnia tamen quanti facienda sint, inuestiga seriatim ex hijs, quæ ad singulorum discussionem pro nostra paruula licet industria, subnectentur. 27

PRIMI REQVISITI

RERVM SVMMAE.

28 *Rerum modiocitatē in multis plurimi non habitam consideratur.*

29 *Chirurgus, & Syndicus vulnusculum cui reuelare, iuxta præscriptum, non tenentur.*

30 *Febris leuis non præstat legitimi impedimenti excusationem.*

31 *Debitur pupilli in modico non prohibetur eius tutelam assumere.*

32 *Ex vulnusculo quis illato, vulneris pæna multari non debet.*

33 *In quibus alijs causis modica non considerentur, remissiuè.*

34 *Modica nunquam generalibus indispositionibus includuntur.*

35 *Modica variò, secundum varias circunstantias, definita.*

36 *Quorum aureorum summa ad doli actionem excludendam, modica credita.*

37 *Infra summam aureorum decem legatarijs cautio remittitur.*

38 *A summa vnciarum duarum, ad effectum retardandæ executionis, non appellatur.*

39 *Pedanei iudices ex Rituum dispositione de quibus summis cognoscere potuerint.*

40 *Auri libra quot aureis constet iuxta varias eorum excussiones.*

41 *Pauperes dicuntur qui minus quinquaginta aureis in bonis habent.*

42 *Defensores olim Ciuitatum de quibus summis cognoscere valuerint.*

Pro-

43 *Prouincialibus ad Romanam Curiam infra quam summam non daretur appellatio.*

44 *Infra quam summam in M. Curia, & S. R. Concilio ex appellatione non retardetur executio.*

45 *Causa modica dicitur, quæ facilè ab expēsis superatur.*

46 *Infra quas summas causa item modica censeatur, variè consideratur.*

47 *Modica causa quæ dicenda sit, iudicis officio remittitur.*

48 *In causis magnis iuramento huic locus fieri non potest.*

49 *Sicut pars vna modicam, ita altera magnam esse ad iuramentum excludendum probare potest.*

50 *Allegans causam esse magnam hoc ipsum capitulare, & probare debet.*

51 *In causa magna, si pluusquam semiplenè probatum sit hoc necessarium datur.*

52 *In incidenti vertenti in causa magna illud non denegatur.*

53 *An in causa ardua deferri debeat; remissiuè.*

REQVISITVM PRIMVM.



QVANTVM ad primum modicitas causæ, seu leuitas iustum à regula regula recessum, cum cæteris supra positis, præferet, vt in d. leg. admonendi, & alijs ante citatis, & latius deducitur per practicantes, & præsertim papienses in d. verbo iurisiurandi num. 9. Marantam in speculi 6. parte, actu 9. num. 7. Speculato: in titulo de iuramenti delatione num. 3. & Alexand. in præcitato consil. 74. num. 5. vol. 1.

Sed hoc ipsum nulli mirum esse debet, † si in alijs multis modicitatis rationem
28 nequaquam plurimi habitam discurrendo. consideret leg. scio ff. de in integrum restitutio: & in cap. licet causam in verbo nulla, vel modica, de probatio: † Nam & 29
Chirurgus, vel Syndicus ex statuto, seu pragmatica sanctione ad vulnerum relationem, sub certa pæna Curiæ faciendam ascriptus in leuibus non obligatur, iuxta notata per Hyppoliti in suo singula: 276. incip. parum, & nihil num. 4. ex Bald. doctrina in leg. vltima. C. de ædilitijs actionibus.

Item ad idem, & si febris impedimen- 30
tum prodesse in multis rescriptum sit; non tamen satis esse leuiculam, vti est quartana, pro absoluto tradditum est, ex l. quæsitum ff. de re iudicata, dum ibi febris appellatione febriculam non venire expressim dicitur, quod singulariter citato loco Hyppolitus notauit, & deinde Mantua in suo aphothegmate 10. num. 3. & Medices de regulis iuris parte 1. regula 5. num. 79. & num. 222.

Ad idem præterea, & illud referendum
est † quod in modico pupilli debitor, vel 31
creditor, ex dispositione Auth. minoris de debitor C. qui dare tuto: possunt, eius tutelam assumere non prohibetur, iuxta ibi notata, & per Afflictum in cap. vnico si similiter potest num. 83. in tit. de capitaneo, qui curiam vēdidit, & per 69. de Franchis in decis. 404. incip. an frater nu. 6.

Ita pariter, & vulnusculo aliquem affi- 32
cientem non venire vulneris pæna multandum deduxit Marenda in consil. 66. incipiente in causa quærelæ num. 9. & 10. † 33
Cæterum pro eiusmodi generis paribus alijs Marianum Socinum aditò in cap. in cum illorum num. 36. & sequentibus de Sentent. excommunicati: Afflictum in cap. imperialem num. 59. de prohibita feudi alienatio: per Federicum, & in d. §. similiter à num. 75. vsque ad 86. & in cap. vnico §. præterea si vassallus num. 24. in tit. quæ sit prima causa beneficij amittendi, Hyppolit. plenè cumulantem in l. furem ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs à num. 8. vsque ad 37. multos allegatos per Brunorum à Sole in compendio vtriusque iuris resolutorio, in vers. minima non sunt, ac demum per alios ab Afflicto allegatos in §. pro nostris num. 79. in preludijs feudo: & per Iasonem in

in Rub.qui feud.dare possunt num. 22. & tribus sequentibus. Et in re ipsa tandem
33 concludendo, quæ modica sunt, eius conditionis perspecta noscuntur, vt minimè generalibus in dispositionibus inclusa intelligantur, sed è contra penitus excepta, vt in cap.Terrulas 12. quæst. 2. cum alijs consideratis per Afflictum in d.cap.vnico §. sed quia à num 36. vsque ad 43. patet ergò ex his, & alijs mille similibus, iure in modicis in litigatore honesto proprium iuramentum attendi.

Veruntamen circa præmissa, quæ modica enuncianda sint, explorare labor est.
34 Qua in re, † & si,vt breuibus agamus,pro rerum,actionum, & personarum qualitate variò definita circumferantur, † vti in
35 excludenda de dolo actione, de summa duorum aureorum infra notatum est, in l.
36 si oleum cum l.sequenti ff.de dolo.† Deinde in remittenda legatarijs satisdatione,
37 † de summa aureorum decem in l. 2. §. quamuis ff. si cui plus, quam per leg. fal-
38 cid. † De summa vnciarum duarum circa interpositas appellationes ad remouendũ actum exequutionis suspensiuum, & in Ritu Curiæ 257. incipiente item in causis,
39 vbi Ebolit.9. † Item quoad actum committendarum causarum pedaneis iudicibus dictum est de summa vsque ad vncias quatuor vt in Ritu Curiæ 126.incipiente item seruat dicta Curia ammittere, & alibi vs-
40 que ad vncias sex vt in ritu 124.& sic † ad aureos, seu solidos antiquos septuaginta duos, vel ad Venetos, & Florentinos nonaginta sex vt ibi per Ebolitanum, & per scribentes in §. & cum retro institutionibus de donationibus,& latius per Couar. in tractatu de collatione veterum numismatum cap. 3. † Sic & successiue modi-
41 cum patrimonium habere, & pauperes dicuntur, qui minus in bonis aureorum quinquaginta possident vt in l.nonnulli.ff. de accusationibus. † Ita, & olim modica
42 causa, quæ ad defensorem officium pertineret quinquaginta solidorum fuit taxata vt in l.1.Cod.de defens.Ciuit. Alibi vero aureorum tercentum, vt in §. iudicare, & in §. audient in Auth. allegato supra ti-
43 tulo † Ita pariter decem librarum auri causa modica in prouintijs existimata fuit,ne per appellationis remedium ab earum remotissimis locis ad Romanos vsque Magistratus referretur vt in §. illud in auth. de appell. & intra quæ tempora. † Item 44
quoad non retardandam exequutionem in Magna Curia,& Sacro Regio Concilio summæ certæ præfinitæ sunt, vt ducatorũ centum,& quinquaginta in Magna Curia & ducentorum in Sacro Concilio, vt in Pragm.3.sub tit. de off. Sacr. Regij Concilij,& in §.nos autem in fine,& in pragm. 41. in §.volumus,atque committimus, & per Dominum de Franchis in sua decisione 432. Verum ex his, & paribus cæteris nequicquam ad casum nostrum. Vnde Bart.in l.mediterraneæ.C.de annon.& tri-
but.lib.10. † illam modicam esse causam 45
existimauit,quæ facilè ab erogandis in illa expensis excedi posset, quod eius iudicium ex Iustiniani met ore excerptum videre est,si attendatur in Auth. allegat. de Appell. in d. §. illud ibi. *vt forsitan totius litis existimatio ad sumptus iudiciales non sufficeret*.habes in cap. anteriorum in §.illud 2.q.6.notatur in cap. de appell. & per Blancum insuo tractatu de indicijs num.
132.† Alijs verò quamuis perperandi cau- 46
sa aureorum quinque, ac etiam viginti-quinque modica visa est, vt latius prosequitur Menochius de arbitrarijs iudicum libro secundo Cent.1.casu 72.& Speculator in titulo de iuramenti dilatione numero tertio;frequentiori tamen calculo eo de-
uentum est † vt in ac ipsa re iudicantis of- 47
ficium prouocandum sit, vt in dicto casu 72.Menochius exorditur, & num. 10.per Glos.in Auth.nisi breuiores.C.de senten. & interlocut.omnium iudicum, habes per Guidonem Papam in quæstione 564. nu. 3.& ibidem post eum in additio: Ioannem Petrum Anchar. in quæstione familiarij. 72.num.38.lib.3.Iunio: Socin. in Consil. 82.num.29.volum.4.& vno ore legentes, & repetentes textum in dicta l.admonendi, vbi in specie Iason num. 222. Curtius Iunior num.69. & Ripa nu.In Paruam autem, vel magnam causam esse iudex ex causarum, & personarum qualitate facilè arbitrari poterit vt per speculat: loco tit.

Affl.

Afflict.in cap.1.§.multis num.21.in titulo Episc. vel Abbat.& in cap. imperialem in duodecimo notabili num. 61. de prohib. feud.alienat.per Federicum; & sic ex omnium dictis repetendo quæ in cunctis attendi valeat certa doctrina statui non potest. Cum quæ vnius diuitis respectu, vel optimæ opinionis alterius veniret modica intelligenda respectu pauperis, vel malæ opinionis cuiusuis magna enunciari debeat, vt apud Bald. in Consil. 181.sub nu. 2.volum.3.& in l.sed si susceperit. §. 1. ff. de Iudic. Angelum in leg.qui accusare. ff. de accusat.& plenè per Farinac.in tractatu de indicijs quæstio.49. num. 14.

48 Quod autem in causis magnis præfato iuramento locus esse non possit, habes per Andream in cap. Sacramentum, vbi Afflictus de consuetud. rect. Feud. Panor. in cap. quosdam de præsumpt. Gozadin. in consil. 11.num.3.& 19. Bald. in consil. 246.incipiente, commissus fuit, propè finem volum.2.Fabr.& Guido.Pap. in vulgata lege in bonæ fidei num.11. & Communiter alios indicta l.admonendi,& Afflict.in decis.375. num. 10.

Aduertendo pro coronide, quod licet in eiusmodi causarum diudicatione valere plurimum iudicis officium deductum

49 sit, † non tamen pars, cuius interest magnam esse causam ad excludendum agentem à præfato iuramento, sicut actor modicam, demonstrare prohibetur, vt per Afflict.in Reg. constitut.incipiente causas in 3.notabil. & in addit. ibi posita, & per Grammat.in alia Regni constitut.incipiente,quanto num. 5. 8. & 9. & faciunt plenè notata per Mascard. in tract. de probat. quæst.9.num.39.& tribus sequentibus.

50 Immo concludendo videtur † quòd stricto iure reus magnam causam esse probare debet illam magnam capitulando, nam si illam tantummodo magnam allegaret, & non capitularet, & probaret vt supra, esset certum, quòd ad petentis voluntatem alijs concurrentibus ad delationem eiusmodi procedi posset, vt per Iunior: Curt. in d.l.admonendi sub alleg.num.69.ex notatis per Alexandr.in Consil.66. incipiente viso processu.volum.2. & faciunt notata in decis.Luccen.71. & per Menochium de arbitr.iud.centur. 5. casu 464.num.5. quod ego intelligo verum, si vlterius pro reo,ex rationabili aliquo iure,magnā esse causam non appareat,iuxta ea,quæ de magnis causis per doctores diuersis in locis notata sunt.

Frustra tamen,& magnam quandoque esse causam demostrare pars altera contemnet, vt interdum ad limitandam suprapositam conclusionem decurramus, si non semiplenè vtr requiritur, sed plus vltra petentis intentio fuerit comprobata,requisitam semiplenam superando, nam eo casu pro ratione excessus † etiam si magna 51 causa esseratur,deferri petenti tale iuramētum poterit,vt voluit Alexandr. in l. 3. ff. de iureiur.Curt.Iun. in dicta l.admonendi num.67.vbi seriatim alij.Guidon Pada in d.l.in bonæ fidei loco cit. Fraquell.de temperand.pæn.casu.51.num. 48. Vrsillus in in addit. ad Afflicti decisionem 36. num. 7.vbi,& per Grammat.addentem, Marsil. in singul.27.incipiente.iuramentum, Rota Bononiens.in conclus.69. num. 2. Crauett.consil.73.num. 26. Corneus Consil. 135.incipiente.visis articulis num.36.volum. 1.Alexandr.in Consil.74 num.5.volum.1.idem Consil.3.num.4.volum.2. & Consil.22.num. 7. volum. eod. & Consil. 186.num.6.& 7.vol.7.& Consil. 185.nu. 9.vol.eod.Curtius Iun.in Consil.286.nu. 36.Gozadin. in allegat. Consil. 11. num 18. & per Iunio: Socinum in Consil. 82 num.29. volum.4.

Illud tamen circa præmissa omittendum non est, quod licet in causis magnis, in quibus non sit semiplenè probatio superata, vt in antedictis, suppletorium non deferatur, hoc sanè procedere intelligendum est in causa principali; quæ magna est † non autem si super aliquo parui præ- 52 iudicij incidenti exorto illud efflagitetur, nam in eo benè alijs concurrentibus deferri poterit iuxta Bartol.placit: in vulgata.l. admonendi col. pænultima. ex Butrio in cap.ex insinuatione in 3. notabili de procurat.singulariter deduxit Vincentius Annius in suo singul.288.

Et quia hic quæri vlterius posset an in 53 causa

causa, quæ dicitur ardua iuramento prædicto locus fieri possit, considerando, quòd arduitas in causis denotat in eis considerabilem qualitatem, qua à magnis seiunguntur; vnde in qualitatis prædicamento reponuntur, seiunguntúrque à primis in prædicamento quantitatis repositis; Propterea de eis suo, & aptiori loco in decimo requisito dicimus, in quo in multis causis ob varias earum pugnantes qualitates, illud peti iure non posse, nec præstari referemus, & ex his expediti, à primo ad secundum in ordine decurramus.

SECVNDI REQVISITI

RERVM SVMMAE.

54 *CVR ex semiplena ad iuramentum decurratur, exponitur ratio, & num. 59.*

55 *Vbi de probatione fit mentio, de ordinaria intelligitur.*

56 *Iuramentum hoc extraordinarium remedium creditum est.*

57 *Idem probationem non esse, sed ab eius onere releuationem.*

58 *Ex semiplena ad iuramentum decurritur, non secus at ex indicijs ad torturam.*

59 *Lex, & natura nihil frustra operantur.*

60 *Quod iuramentum hoc ordinarium sit remedium, enunciatur.*

61 *Iuramentum hoc loco alterius semiplenè recipitur.*

62 *Probationum facultas coangustanda non est.*

63 *Per omne probationis genus probare licet, si contrarium non reperiatur cautum.*

64 *Vbi per scripturam probatio requiritur, ad eius concomitantiam testes adduci non prohibentur.*

65 *Iuramentum inter propriè dictas probationem species referendum non est.*

66 *Dictio perinde sui natura, per interpretationem similitudinem dicit.*

67 *Iuramentum hoc, quod sit propria probationis species consideratur.*

68 *Principalis iurantis defectus ex habilitate adiuncti testis suppleri intelligitur.*

69 *Semiplena per vnum testem minor probatio Baldo credita.*

70 *Magis, & minus non variant speciem.*

71 *Semiplena quid sit, & quotuplex remissiuè.*

72 *Num ex qualibet semiplena iuramentum hoc dandum sit, expenditur.*

73 *Ex fama comprobatione non fit huic iuramento locus.*

74 *Certa notitia, quæ requiritur, per famam non inducitur.*

75 *Fama regulariter semiplenam non inducit.*

76 *Fama in quibus casibus plenè probet remissiuè.*

77 *Mors quo casu per famam plenè probetur.*

78 *Fama ad mortem comprobandam per fide dignos extruenda est.*

79 *Apoca testibus non munita, vti semiplenam non faciens ad suppletoriũ non proficit.*

80 *Eadem si comparatione legitima munita sit, ac producentis legalitate, proficiet.*

81 *In ordinaria probatione vnus testis omni exceptione maior semiplenam facit.*

82 *Vni non creditur, quia vox vnius vox nullius dicitur.*

83 *Quis omni exceptione maior testis intelligendus sit, inquiritur.*

84 *Qui defectus prædictam testium qualita-*

litatem comminuant.

85 *Testis dictum ad iuramenti prædicti delationem quas qualitates habere debeat.*

86 *Testis dicens se vidisse mutare decem in circa, non proficeret.*

87 *Testis in verisimilia deponens integer non est.*

88 *Quod verisimile non est, falsi spetiem protendit.*

89 *Testibus magis consonantia deponentibus magis credendum, & alia.*

90 *Testis dictum si rationabile deprahendatur præualet, etiam si à minus digno prolatum sit.*

91 *In verisimile probare intendens maiori probationis onere grauatur.*

92 *Testis rationem sui dicti etiam non interrogatus, reddere debet.*

93 *Testis dictum quoad suppletorium, non debet laborare quouis minimo defectu.*

94 *Monachus sine superioris licentia deponens, ad suppletorium integer non esset.*

95 *Minima suspictio testi, quoad eiusmodi iuramentum derogat.*

96 *Licet alias ex leui defectu reprobari non possit.*

97 *Ordinaria habilitas, quoad iuramentum hoc in teste non sufficit.*

98 *Contrarium verius probatur.*

99 *Qualitas, omni exceptione maior intrinseca est, & proinde præsumitur*

100 *An inter idoneum, & omni exceptione maiorẽ discrimen sit, remissiuè.*

101 *Singularitatis, & variationis vitiũ adhoc iuramentum testem inhabilem reddit.*

101 *Singularitatis tres speties referuntur, & quæ singula sint.*

103 *Possessio ex singularibus testibus, & actibus comprobatur, & cur.*

104 *Sic præscriptio, hæresis, & læsæ maiestatis crimen.*

105 *Singularitas obstatiua facit nẽ iuramentum hoc deferri possit.*

106 *Singularitas diuersificatiua similiter illud excludit.*

107 *Testes singulares, singularitate diuersificatiua se inuicem debilitant.*

108 *Singularitas adminiculatiua iuramento huic prodesse potest.*

109 *Ex adminiculatiuis singularitatibus ad torturam deueniri potest.*

110 *Testis ex quauis habitudine defectiuus sine alio adminiculo, ad iuramentum non proficit.*

111 *Testis amicus ea amicitia, qua reprobari non potest, semiplenã nõ facit.*

112 *Etiã si amicitia in genere deducta sit*

113 *Fallit, si apertè approbatus fuerit, aliquo modo ipsum producendo.*

114 *Fœmina an testis omni exceptione maior sit, inquiritur.*

115 *Fœminarum fragilis conditio est, eiusque non probatur consilium.*

116 *Fœminæ in multis deterioris conditionis sunt ipsis masculis.*

117 *Fœminæ filios in potestate non habẽt, nec adotare possunt.*

118 *Fœminæ in testamento, quod olim per as, & libram fiebat, testes esse non poterant.*

119 *Dictio puberum propriè masculorum est, cum fœminæ viri potentes dicantur.*

120 *Fœminæ in antiquo diuortio neque in testes admittebantur.*

121 *In omnibus casibus, in quibus testes rogantur, mulieres non admittuntur*

122 *Mulierum artes in quibus consistant*

123 *Fœminarum genus ex Platone minus ordinari potest.*

124 *Alij casus, in quibus fœminæ deterioris sunt conditionis remissiuè.*

125 *Testimoniorum vsus antiquissimo iure mulieribus ex gellio non fuit.*

126 *Fœminas esse testes omni exceptione maiores ostenditur.*

127 *In causis arduis testes omni exceptione maiores requiruntur.*


128 *Fœmina exacta depositione admissa, iuramento huic locus esse potest.*

129 *Fallit, si meretricium, aut lenocinium exerceat, & alia.*

130 *An spurius examinatus ad iuramentum proficiat, quæritur.*

131 *Spurij deterioris conditionis sunt ipsis legitimis.*

REQVISITVM SECVNDVM.



QVOAD secundum in petente hoc nostrum iuramentum semiplena probatio exigitur; quo casu dubiam causã præseferre intelligitur; vt per glos. in d.l.admonendi, & de principali conclusione habes per doctores in præcitatis locis. Nam alias eo non probante, si Actor sit, qui petat, Reus absolui debet, per iura in l.qui accusare C.de edendo, & in cap. mulieri de iureiurando cap. cum ecclesia Sutrina de causa possessio: & proprietat: in cap.nostrum vt ecclesiastica beneficia, & notatur latius per Brunorum à sole in compendio vtriusque iuris resolutorio in vers. Acto-

Actore de bono, & sequenti, vbi sub qua forma absoluendus sit, memorat,& habes per eundem ibidem in vers. Actor intentionem suam. Sin verò reus, condemnari, secundum ea, quæ inferiori, & suo loco pandentur. Et quod in hac ipsa re semiplena, quam diximus, petenti necessaria sit, habes vlterius per practicantes, & præsertim papienses in allegata forma responsionis rei conuenti in d. verbo iurisiurandi. Neapolitanos in d.nono actu num. 4. Bononienses in allegato cap. 20. remissiuè. Vincentinos in d. lib. 4. in tit. de testibus singularibus in fine Afflictum in vulgata decisio. 36. vbi,& per addentes, Boerium in decisio. 183. num. 2. Marsilium in singul. 273. incip. Notissimum in principio, Nouissimos de modo articulandi in §. secundi Glosa vnica num. 939. Eundem Afflictum,& alios in vulgato cap. Sacramentum de consuetudine recti feudi. Ioan. de Imola in Consil. 147. incip. in causa inter Franciscum num. 3. Cassaneum in Consil. 36. incip. viso processu venerabilis num. 3. Crauettam in Consil. 2. num. 16. Rolandũ in consil. 27. num. 13. & 16. volum. 1.& alios innumeros de more allegatos per Mascardum in dicta quest. 9.

Verum pro requisiti prædicti discussione plura hic nostræ animaduersioni subijcienda sunt; & primo † cur ex semiplena
54 ad iuramentum præfatum decurri statutum sit? Secundò num hoc ipso casu iuramentum alteram semiplenam faciat; ita quod inter cæteras probationis speties referri possit. Tertiò quæ semiplena probatio esse intelligatur, & quotuplex ea sit; ac nunquid quauis semiplena supposita, tale iuramentum peti, & similiter deferri valeat? Quartò, & vltimo ex quibus, pro substratæ rei ratione, semiplena constituatur; vbi de singularibus testibus; an videlicet, & quando, quibusuè concurrentibus, semiplenam pro litigante constituant satis, abundeque deducetur.

Quoad primum, stante semiplena, ad præfatum iuramentum deueniri non posse, ex hijs, quæ subijcientur, demonstrari potest, & primò qui ad iudicia aduersus aliquem processurus est certus esset debet super stabiliendæ intentionis prosecutione l. 1. ff. de edendo; sed ad certitudinem prædictam plena requiritur probatio † de 55
qua, vbi mentio sit, ordinaria, & plena significatur, iuxta notata in Rub. C. de probatio:& in cap. 1. de electione in 6. habetur per Glosam in clementi: constitutionem in verbo fides allegato supra titulo, Baldum in l. peremptorias C. sententiam rescindi non posse, Bartol. in l. Lucius ff. de conditio: & demonstrat. & in l. prætor ait §. si iudex ff. de re iudicata, Afflictum in cap. si inter dominum in tit. si de inuestitura inter domin: & Vassall. lis oriatur num. 2. 3. & 4. & eundem in cap. si quis se, vel patrem num. 22. eod. tit. & nigrum in cap. Regni incip. ab illo inchoandum nu. 36. ergo ad iuramentum, prædictum, semiplena supposita, pro eius integratione recurri non potest † cum extraordinarium 56
remedium creditum sit, vt per Afflictum in cap. si fuerit contentio num. 14. in tit. de cõtentio: inter dominũ,& vassallũ, minus etiam, vbi legitima exigitur, vt per glosam in l. cum de indebito. ff. de probat: & Iasonem in l. si quando C. vnde vi. num. 9. & Alex. in consil. 119. vol. 2.

Præterea iuramentum non est probatio; 57
sed ab eius onere releuatio quædam, vt per Afflictum in cap. sciendum de feudi cognitione num. 32. & alios infra allegandos, & maximè quia nec suo termino probatur, nec concluditur, vt per Succum in d. l. admonendi num. 149. ergo ad probationem ipsam integrandam illud sufficere posse, non videtur.

Tertiò, & postremò considerari potest, non congruere, videlicet, quod qui testibus intentionem suam, aut exceptionem comprobare cepit, ad aliud diuersi generis remedium transeat, & sic ad iuramentum; per testium dicta, ad faciendum probationem, via electa arg. l. cum in hæredem §. eligere ff. de tributo: actio:& habes per Afflictum loco proximè citato numero 15.

Quicquid tamen sit, à semiplena ad ne- 58
cessarium iuramentum prædictum iure decurri posse in ciuilibus causis amplius probari potest; non secus, ac in criminalibus ex indicijs, quæ in loco semiplenæ considerantur, iuxta allegata per Nouellus in

B 2 tra-

tract. ad defensam in cap. de responsio: Reorum in constituris num.46 ad Torturam deuenitur, vt in l.ædictum ff.de questio prout de æquiparatione habes per Afflictum loco citato, & Magonium in decisio:lucensi 57.num. 3. & fundamentalis
59 ratio esse potest: † quod lex, & natura nihil frustra operentur l. qui bis idem ff. de verbo:obligat.l.non cogendum §.Sabinus ff de procurato.& in l. hæc stipulatio §. Diuus ff.vt legato.nomi.Cauea.cum alijs allegatis per Mantuam in suo singul. 689. & Brunorum à sole in compendio iuris vtriusqve resolut.in vers.natura.Quare nè in vanum per legem inter probationum speties semiplenam inductam, ac in criminibus persequendis cum tanto reipublicæ fauore considerata indicia afferamus, vt in l.3.§.eiusdem ff. de probatio. & in l. instrumenta C.eod.tit. cum alijs pluribus apud Mascardum relatis in tracta. de probatio.quæstio. 11. dicendum iure propterea est, ad iuuanda indicia præfata veluti opportuna remedia fuisse deprompta, videlicet in ciuilibus ad semiplenæ perfectionem suppletorium, quod dicimus iuramentum; & ad indiciorum purgationem in criminalibus torturæ rigorosum examen, ex re ipsa purgatiuum remedium nuncupatum; quod, & inter probationes relatum enunciauit Grisonus in allegato cap. Regni ab illo inchoandum in additionibus Grammatici num. 12. circa medium.

Quibus ita stantibus, quæ in contrarium considerata sunt, facilè dilui possunt; & primò non obstat; quod iure cautum sit, quem ad iudicia instructum, media videlicet legitima, & ordinaria probatione accedere oportere; cuiusmodi non est iuramentum extraordinariæ naturam protendens. Nam primò in aduersum illud attentari potest; quod in ciuilibus semiplenam præseferens sub spe legalis adiutorij, atque ita huius nostri suppletiui iuramenti, benè instructus credatur accedere.

60 Secundo, iuramentum extraordinaria inter remedia ad numerare, nequaquam probatur, cum sanè ordinarium sit, & respectu semiplenæ subsidiarum: vti in criminalibus, & de tortura quoad inditia ipsa adnotatum est per Afflictum loco citato, & Mascard. in d. quæstio. 11. Quare illud probationis loco cedere consequens est.

Nec quod secundo loco consideratum est, efficit, quia licet per proprium quis iuramentum ab onere vlterius probandi releuetur, stante aliarum probationum defectu, † tamen pro semiplena illud recipitur, cum in causa propria modo prædicto iurans, & deponens loco irregularis testis habeatur; nimirum, cum in eo omnes conditiones in testibus exigi solitæ requirantur, vt suo loco infra notabiliter plenius, & sic alias defectiuæ semiplenæ tale iuramentum perfectiua probatio credenda, & tenenda est. 61

Minusue quod tertio loco consideratū est, obstare intelliges, si vltra magis discurras, † non esse probationum facultatem coangustandam, vt in l. quoniam C. de hæreticis in fine, cum alijs cumulatis per Mascardum in tracta. de probatio. in conclusio. 1181. in principio, & per Baldum in Consil.317.num.2.vol.4.nisi quatenus à iure taxatum deprehendatur, † vt assequaris indè, per omne probationum genus probare licere, dummodo non sit, ex aliqua speciali causa à lege, vel statuto definitum, quod certo probationis genere, vt puta scriptura, vel alio modo probandum sit, prout suo loco dicetur, quia tunc certum esset, quod semiplena supposita, ad iuramentum pro eius integratione, recurri non posset; ergo cessante hac legis restrictione, clarissimum putatur licere ex semiplena ad subsidiarium iuramentum transire in ciuilibus, in criminalibus verò ex inditijs ad torturam. Ad quod facit, quod voluit Baldus in consil. 279, vol.4. † quod si ex ex statuto per instrumentum probatio requiratur, & afferatur aliquod non benè probans, quod ad illud concomitandum, & supplendum testes admitti poterunt, & sic ad aliud genus suppletorium deueniri potest. 62 63 64

Quantum ad secundum, vt supra tactum est, ex communi scribentium sententia in Rub.extra de probatio. & aliorum plurium de more allegatorum per Mascardum

65 dum in vulgata quæst. 9. in principio † iurameutum inter propriè consideratas probationum species non esse referendum longè effertur. Quæ sanè eorum sententia clarissimè probari iudetur in l.sed & si possessori §.vltimo ff.de iureiurando, licet illum textum in contrarium Salycetus adduxerit; dum ibi dicitur.*perindeque haberi*
66 *quod iuratum est, atque probatum esset*, † & sic notanda dictio perinde, quæ de sui natura similitudinem per quandam fictionem, vel interpretationem præsefert, iuxta Bartoli tradditionem in l. si maritus §. legis iuliæ ff.de adulterijs; sed omne simile non est idem l.quod Nerua ff.depositi, ergo non vera, sed interpetrata probatio; quod, & Afflictus notasse depræhenditur in cap.defuncto, per illum textum num.2. si de feudo fuerit controuers. inter dominum, & Agnatum. dum probationis loco tale iuramentum habendum protestatus est. Et in summa vltra alios eo loci per Mascardum allegatos habes per valascum in tracta. iuris emphiteutici quæstio.7. num. 26. & Abbatem Corbulum in suo similiter tract. iuris emphiteut. in tit. de causis priuationis per mendacium num. 16.

Sed licet tenendo alteram partem, ex textu præfato contraria pro Salyceto positio non comprobetur, adhuc verior illa est, optimè nanque ex ipsiusmet Iustiniani verbis probari aduertitur in l. vltima §. licentia C. de iure deliberandi, dum ibi dixit, *vel per Sacramentum illius si aliæ probationes defecerint*, † atque ita Sacra-
67 mentum probatio propriè dicta significatur, illo pro vero supposito; quod dictio alius, alia, aliud sit similium repetitiua, iuxta notata per Detium in l.1.C. de seruis fugitiuis.

Pręterea hoc idē ex alio suadetur; quod iuramentū principalis in causa propria, ob concursum tot notatorū requisitorū toleratur contra communes regulas, & sic dicitur exceptio aduersus eas, quare, si regula vera est, etiā in suo casu exceptio vera, & realis existimāda est, vnde licet regulariter quis in sua causa nō possit, vt testis probare tamen in effecto casu admittitur; ergò verè illum probare dicendum est; cum stante vna semiplena, alteram eius iureiurando ad plenam, & perfectam vsque importare depræhendatur † considerando vlte- 68
rius, quod licet in eius persona aliquis defectus adsit, purgari tamen intelligitur ex alterius omni exceptione maioris inducti habilitate, cum quo coniungitur, iuxta allegata per Gomesium in Tomo 3. delicto.cap. 12.num.21.vers.item adde.& Rolandum in consil. 19. incip. quoniam coram num.9.vol.3.& consil.98. num. 5. & 6. volum. 4. & Crauettam in Consil. 73. num. 27.

Insuper hæc per vnum testem probatio 69
semiplena minor probatio Baldo credita est in l.vltima C.de probatio. ad differentiam plenæ, quæ maior dicitur, & appellatur minor, quia rem ipsam super qua inducitur, non perfectè demonstrat, vt per Magonium in decis. Luccensi 57.incip.ad denuntiam num. 3. & Milleum in praxi prosequendorum criminum commissio. 1. num.21. † sed magis & minus, ex vulgato 70
Dialecticorum dogmate, spetiē nonvariāt, vt in l.vlt.ff.de fūd.instruct.l. humilem C. de incestis nuptijs, & per Andream Gayll. in tract.de arrestis imperij cap.4.nu.4.ergo vtraque propriè probatio intelligenda est.

Et tenendo istam partem, quia non licet hic examinando articulum, rem protrahere; dum dicitur communiter esse reuelationem ab onere probandi; dicas tu, per externas probationes; quia iurando, ex se ipso alteram semiplenam excutit, atque ita intelligendo, non obstat allegatus textus in d. l. sed, & si possessori §. vltimo; quia aduerbium perinde dicit interpretationem in hoc, vt scilicet intelligatur, ac si per alios testes probatum esset cum principalis ipse ad iurandū admissus loco testis habeatur, vt dictum est, habes per Afflictum in cap.1.in princip.in tit. de controuersia inuestituræ, & alios plures per Mascardum allegatos in tracta.de probatio.in conclusio:954.num. 4. & sic non negatur veram illud probationem inducere, quam sententiam qui secuti sint, vide per eundem Mascard. in d. quest. 9.nu. 3.

Consequenter circa tertium quid nempe semiplena probatio sit, quot, quæuè in- 71
super

ſuper eius ſpeties ſupra diximus conſiderat. 2. num. 107. & 108. vel enim ea per priuatam ſcripturam, aut per litterarum comparationem, vel denique per vnum teſtem omni exceptione maiorem; de quibus omnibus pleniſſimè habes apud Maſcard.in tract.de probat. quæſt. 11. 12. & 13. per totum.

72 Sed hic primo quæri poteſt, num ex
73 qualibet prædictarum ſpetierum ad præfatum iuramentum deueniri poſſit? dicas breuibus † quod ſtante ſemiplena per famam, iuxta notata per Minſinge:in obſeruat:camerali 46.cent.5. vbi quatuor ad eam requiſita memorat, nequaquam illud deferri poterit, vt habes per Moncadam poſt Crottum in tract. de teſtibus parte 4. nu. 157. & Baldi doctrina in cap. vltimo de iureiurando; ac pro ratione in hac ipſa re
74 conſiderat; † quod in iuramentum hoc perſoluente certa notitia eius, ſuper quo iuratur, exigitur; quam per famam ipſam non induci, ſat euidens eſt, & habes per Gloſam, & Baldum in d. l. in bonæ fidei, cui addo allegata per eundem Baldum in conſil.283.num.3.vol.1.ergo, &c.

Tum etiam dici poteſt, ideo non poſſe ex ea ad iuramentum deueniri, quia duo ſpetialia concurrerent; quod ferendum non eſt iuris diſpoſitione pugnante in l. 1. C.de dotis promiſſio:vtraque enim probatio irregularis eſſet, vt per Farinacc. in tract. de indicijs, & tortura quæſt.47. nu. 67.intelligendo etiam ſi integram ſemiplenam faceret, ex rationibus prædictis, vt
75 ibidem ſubicit num. 68. verum vltra prædicta conſiderari poteſt; famam ipſam regulariter ſemiplenam non importare; ſed vix ſemiplenam, cum nunquam per ſe ſufficere credatur: vti ea, quæ ſui natura ad alias probationes adiuuandas ordinata eſt; niſi tamen ex ſubiecta materia aliter à lege, vel ſtatuto præſcriptum ſit, iuxta ea, quæ copioſè proſequitur Maſcardus in tract.de probatio:concluſio.753. & in allegata quæſt. 11. num. 20. † meritò ergo ab ea ad illud non infertur, cum ſufficiens ſemiplena in caſu ſuppoſito omnino adeſſe debeat; cuiuſmodi fama non creditur ſaltem ob tantum doctorum conflictum; de quo per Maſcard. in d. concluſ. 753. ſuc num. 6.

Quia tamen in aliquibus caſibus fama 76
ipſa plene probare depræhenditur; de quibus per Maſcard. ibidem, ſequitur, quod ſi ea in parte proaata deficiat, poterit alijs concurrentibus, probantem ad tale iuramentum perducere, vt puta in caſu probandæ mortis de longinquo incurſæ † nã 77
cum mors præfata, ſtante locorum diſtantia, per famam valeat comprobari; vt voluit Bartolus poſt Gloſam in l. ſiquidem C.ſoluto matrim. atque alij cumulati per Detium in Conſil. 652. in princip. & faciunt notata per Maſcard. loco ſupra citato num.10.ſequitur, quod ſi contingat, non, vt par eſt de deducta morte famam comprobari, † vt puta quia probata ſit ſed 78
non per teſtes fide dignos, prout requiritur, iuxta notata per Bartolum in l. de minore §.pluri quæſt.3.& 4.ff.de quæſt.tunc benè ad ſuppletorium decurri poterit, ac probatio perfici, prout ex Fulgoſio in conſil.145.ibidem Detius deduxit num.5.

Sed quid de apoca teſtibus non munita dicendum ſit, hic non inſulsè quæri poſ- 79
ſet; num ea ad tale iuramentum aditum facere poſſit? Et breuiter concludas eam ſemiplenam ad illud requiſitam non extruere, & conſequenter inutilem eſſe, iuxta notata per Doctores, & præſertim Ripam, & Iaſonem in d.l.admonendi, & Maſcardum in ſua concluſ. 111. in principio per iura in l.inſtrumenta domeſtica, & in l. exemplo, & in l.rationes.C.de probat. Sed quid ſi eſſet ſigillo munita dicas quod ſtante rei modicitate, & legalitate deferētis poſſet ad ſuppletorium deueniri iuxta notata per Boueri. in ſingula. ſuis in verbo ſigillum num.4. æquiparatur enim ſubſcriptioni vbi ſubſcriptio non requiratur pro forma vti in teſtamento ſolenni, iuxta plene notata per Surdum in decif. 137. num. 4. licet quandoque in leuibus ex ſola comparatione poſſit procedi ad condemnationem, iuxta notata per Annium in ſingul. 374.

Id ipſum tamen quod dictum eſt, intel- 80
ligi debet, cum nuda ipſa apoca efferretur nam ſi ea vlterius producentis bona opinio-

nione, & legitima comparatione iuuaretur; tunc quia sine dubio semiplenam importaret; ad illud consequenti iure, agentem ipsum, aut excipientem perducere posset, iuxta plenè notata per eundem in conclusio. 110. num. 21. vbi in facti contingentia videas, & habes per Merendam consil. 42. num. 3.

81 Quoad quartum, & vltimum principale caput; in his omnibus casibus, quorum veritas in ore duorum, vel trium concluditur, iuxta alibi dicta, vnum testem omni exceptione maiorem semiplenam tãtum inducere clarissimum est ex Glosa, Bartolo, Baldo, Salyceto, Angelo, & alijs passim in d. l. bonæ fidei, & in l. 3 ff. eod. habes per Hippolit. in consil. criminali 74. num. 33. Alexandr. in consil. 32. in princip. vol. 1. Alios plures allegatos per Mascardum in d. quæstio. 11. & Brunorum in compendio in vers. Testis idoneus vnus

82 † etenim in vniuersum vni credi non debet; cum vnius vox nullius esse dicatur l. iurisiurandi C. de testibus, cap. veniens 2. cap. in omni negocio, & cap. licet ex quadam eodem titulo l. maritus ff. de quæstio. & in cap. admonere 35. quęstio. 2. etiã si testis multum excellens efferatur, vt per Afflictum in cap. si duo homines num. 2. in tit. si de feudo fuerit controuers. inter domin; & agnat. vt puta si Cato ij sit, vt contra Rufinum Diuus Hyeronimus exclamauit; habes apud Valerium Maximum institut. antiquorum lib. 4. cap. 1. legiturque numeri cap. 35. apud Gabriellium in tit. de testibus conclusio: 1. nu. 15. & habes in cap. cum à nobis, & ibi per Glosam in precitato tit. de testibus, regulariter tamen intelligendo, iuxta notata per Gabriellium loc. citato, Gerardum de petrasanta in suo singula. 49. Marendam in consilio 51. num. 9, Soccin. Iunio. in consil. 50. num. 5. vol. 1. & Brunorum in suo compendio in vers. dictum testis solius. Fallit tamen vbi ex pacto hoc induceretur ex Bartolo in l. vlt. ff. de præct. stipulat. & alijs notatis per Crottum in l. nemo potest ff. de leg. at. 1. num. 36.

83 Ad rem tamen redeundo, illud primo inquirendum est, quis dicendus sit testis omni exceptione maior. cui quæsito breuitati studendo, video scribentes frequentiori calculo respondere; illum omni exceptione maiorem intelligi, & idoneum; qui nulla exceptione submoueri refelliuè possit, & sic nulla macula nigrescat, ex qua eius fidei valeat in aliquo derogari, vt vt per Butrium in cap. 1. de exceptio. num. 4. Campegium in Regula 377. & Alexandr. de Neuo in consil. 24. num. 3. & Decium in cons. 162. nu. 12.

Distinguendo vlterius, & declarando, quod non possit repelli neque ratione alicuius personalis defectus, neque cuiuslis alterius propriam eius depositionem respicientis, alias enim probationis legitimum aliquem gradum facere non intelligeretur secundum Glosam in vulgata l. 3. in principio in verbo admittendus de testibus; quorum in numero hi computantur, qui diobolares compelļantur, quos videlicet non tam bona fama, quam fames comitari solet, vt apud Budeum. 84

Vt tamen rem, præsentem Methodo aliqua complectamur, ita sanè eam præstare intelligemur; si personarum ipsorum testificantium earundemque depositionum conditiones prosequemur, & quia de personalibus defectibus latè in prima parte differuimus, restat nunc, vt attestationum quæ sunt iura, quoad rem præsentem attinet, summatim prosequamur † Et primò 85 notandum est; quod ad hoc, vt vnius testis depositio semiplenam faciat, & ad iuramentum præfatum aditum præstet, facti narratio in ea absoluta, & concludens exigitur, conclusione vlterius vera, & non subintellecta; seu præsumptiua, ita quod deminutionis vitium nullum patiatur, vt per Alexandr. in allegato consil. 32. vol. 1. & consil. 183. num. 11. vol. 6. Spandoch. de noui operis nunciat. lib. 8. num. 41. Detium in l. 1. in 2. lectura num. 71. ff. si cert. petati Minsinger in obseruat. camerali 68. incip. Regulare est, cent. 1. Ripam risponso. 77. num. 11. Magonium in decisio. Luccensi 27. incip. in statuto Lucano num. 15. Afflictum in vulgato cap. Sacramentum de consuetud. recti feudi num. 17. ibi *aliquid remotum à natura contractus*, & alios rela-

relatos pr Mafcardum in d.quæft. 11. nu.
86 8. † Hinc eft; quod fi quis atteftaretur, fe vidiffe mutuari decem in circa Titio, quia tale dictum ob aduerbium incirca, non eft omnino abfolutum, & concludens, cum dicat plus, vel minus; confequenter nec ad noftrum iuramentum fufficientem femiplenam præftare intelligeretur, iuxta notata per Corneum in confil. 179. num. 10. vol. 1. & eiufmodi alia profequitur Riminaldus in §. contra autem num. 15. inftit. quibus aliena licet vel non.

Secundo requiritur, quod nullam in verifimilitudinis notam contineat, † Nam
87 in verifimile deponens integer, & idoneus teftis ad effectum prædictum nec creditur cap. incipimus de regulis iuris in 6. habes per Iafonem in vulgata l. admonendi in repetitio: num. 269. Ripam ibidem num. 179 & alijs fequentibus, eundem in fuo refponfo. 73. num. 6. & 7. Socin. Iunio. in confil. 12. incip. in occurrenti nu. 8. vol. 2. & confil. 29. num. 25. vol. eod Crauettam confil. 685. num. 25. & confil 930. nu. 3. Alexandr, in confilio 71. num. 13. & 14. vol. 3. & per Farinacc. de oppofitio: contra dicta teftium quæft. 65. parte 3. num. 146. & alios allegatos per Brunorum in fuo compendio
88 in verf. Tefti deponenti. † Nam vlterius quod verifimile non eft, falfi fpetiem protendit, vt per Iafonem in l. fi extraneus num. 6. ff. de condictio. ob caufam, & alios allegatos per Grammaticum in decif. 28. num. 1. vt puta, quia, vt prædiximus, contra actus naturam Teftis deponere comperiatur, vt per Nellum in tracta. de teftibus parte 2. num. 201. Afflictum in d. cap. Sacramentum num. 17 & in cap. inueftitura §. præterea num. 14. in tit. quid fit inueftitura, & de antedictis per Crauett. in conf. 75. num. 22.

His optimè refpondet, quod in alio propofito notauit idem Crauetta in confil. 2.
89 num. 11. † quod videlicet teftibus confonantia, & magis naturæ amica deponentibus amplius, quam alijs credendum fit, ex notatis per Innocent. & alios in cap. auditis de præfumpt. Cornazzan. in decifio. 18 num. 14. & decif. 112. num. 2. & decif. 202. num. 14. idem fanè dicendum, fi cum iuris difpofitione concordare dignofcantur, vt per 9. de Anna in eius allegatio 116. n. 10.

Addendo hoc procedere, etiam fi ita 90
deponentes minus digni, & numero pauciores effent; & maximè, fi eorum verifimilitudo proxima, & immediata dignofcatur, iuxta allegata per Farinacc. in d. quæft. 65. allegata parte 3. num. 130. cum pluribus fequentibus, vbi, & alia huius farinæ copiosè ponderat, & habes per Rolandum in confil. 27. num. 27. vol. 3. Crauettam in d. confil. 75. nu. 23. & Petrum Surdum in conf. 303. nu. 40.

Concinitque tandem; quod fæpè notatum eft. † efficaciorem videlicet probatio- 91
nem ab illo requiri; qui id, quod in verifimile eft, probare intendit, iuxta notata per Mafcard. in conclus. 1023. num. 12. Minfinger in obferuatio; Cameral 68. in princip. cent. 5. & alios plures allegatos per Surdum in decifio. mantuana 83. numero 23.

Tertio principaliter, quod cum ante dictis coincidit, videlicet, quod rationis defectus non intercidat; Nam cum anima atteftationis, ratio ipfa in Tefte deponente credatur iuxta plura deducta per Decium & alios Nouiffimos in allegata l. 1. ff. fi cert. petat. vtque fine ea informis, minimèque perinde fufficiens crederetur, procffe debet, vt voluit Curtius in tract. de teftibus conclus. 19. nu. 41. ex Romani traditione in Rub. ff. de arbitris. in 17. quæft. Secutus eft Ripa in Refponf. 7. 6. num. 13. & Petrus de Rauenna in fingul. 726. incip vnus teftis non facit femiplenam.

Vndè eft, quod teftis etiam non interro 92
gatus, illam reddere tenetur, vt in d. l. admonendi omnes fenfere, habes per Magonium in decif. Lucenf. 9. incip. Bertinus Iunior num. 22. Marantam in 6. parte fpeculi actu. 6. num. 4 & Barbatiam in confil. 17. num. 17. vol. 3. cum alijs pluribus allegatis per Troifium in pragm. ftatuimus de refrenat. teft. num. 16. † Et in fumma di- 93
ctum teftis non debet effe mancum, & defectiuum quouis minimo defectu, vt voluit Alexandr. in conf. 18. num. 6 vol. 1. & fequitur Cornazzanus in decil. 68. num. 13. Magonius in decif. Florent. 12. num.

12. &

94 12,& in allegata Luccensi 9.nu.20. Dum superioris licentiæ defectum in Monacho teste,& Clerico iuramenti huius delationi obstare notauit, & per Eundem in decis. Luccensi. 32. incip. Saluator num. 12. & decis.46.num.20. & per Afflictum in vulgato cap. Sacramentum num. 13. Arrursus, quod Monachi sine superioris licentia ad attestandum admittendi non sint, habes in Ritu Magnæ Curiæ 70. incip. Item quod Clerici tam in minoribus, & plenè per Lanfrancum in tracta. de testibus num. 87. & Crauettam in Consil. 2. num. 5. & hoc ex eo, quod sine licentia ad id producentes, se ingerere credantur, quod non parum attestationibus officere supra parte prima consideratio.6.deduximus, faciunt notata per D.de Anna in singula: 118. & Beroum in cap.licet causam, de probatio: num. 34. & apertè nimis in cap.vlt.14 q. 2. ibi in prouidentia proprij Episcopi sit,vt aut coram se,& competentibus iudicibus, aut aliter, honorifice veritatem attollant.

Quantum autem ad iuramenti negationem, & illud tandem plurimum conducit;
95 quod notatum est, † videlicet etiam per minimam suspicionem iuramento præfato aditum impediri, vt voluit, & respondit Rota Bononiensis in aonclus.61. num. 13.non obstantibus notatis per Hippolitum, vti diuersis in l. si furem ff. ad leg.
96 Corn.de Sicarijs num. 34. † Dum ex leui defectu non posse testes reprobari testatus est ex Bartij doctrina in cap. 2. de regularibus, aliud est enim testes fidem facere; aliud verò ad iuramentum non proficere, vt in nostro casu.

Nec successiuè iam dictis addere displiceat, in Teste præfato ad semiplenam fa-
97 ciendam inducendo, † non sufficere ordinariam habilitatem,secundum quam quisque, donec contrarium non probatur, idoneus, integerque præsumitur, vt in cap.vltimo in Glosa in verbo præsumatur, de præsumptio:sed vlterius talem requiri; quæ extraordinaria sit, & sic, quod per alios testes probandum sit, illum omni exceptione maiorem esse,vt pro tali reputari vt voluit Zuccardus in l.vltima C.de ædicto Diui Adriani tollendo nu. 83. Berous in Consil.95.num.8.vol.3. vbi de communi attestatur,sequitur alios allegando Cornazzanus in allegata decisio.68. d. num. 13.& faciunt notata per Valascum consultatio:lib.1.consultat.52.incip.quotidianæ sunt num. 22. habetur per Magonium in allegata decis. Luccensi 32.num.35. Surdum in tracta.de alimentis quæstio.92.incip. quia diximus num.24.alios allegatos per Marinum de præsentat. instrumento. parte 5.num.25.& faciunt,quæ plenè prosequitur Petrus de Moncada post Crottum in tract. de testibus parte 9.quæst.10. à num.46.vsque ad 50. ita quod illum clarum testem cum Platone dicere possis in Gorgia.& habes in Rota Bononiensi conclus.62.nu.14.

Eius tamen quod expositum est, con- 98
trarium semper sibi placuisse testatur Curtius in d. tracta. de testibus conclusio.35. & ante eum tenuit Imola in l. 1. §. si quis neget ff.quem admod. testamenta aperiantur, vt habes apud Iunio: Socinum in d.
consilio 29.num.26.† & ratio per eos con 99
siderata ad modum sufficiens deprehenditur, quia videlicet hæc qualitas, quod testis omni exceptione maior sit, intrinseca dicatur, cuius ea natura perfertur vt pro ipsa semper veniat præsumendum; donec contrarium non monstretur,vt meritò neque allegandam, neque probandam illam esse, sentire, & decernere valeas, præsertim cum satis recepta iudiciorum consuetudine, de ea non alleganda, & probanda, quod dictum est, probatum sit. videas tu tamen ibi notata per Marinum in hoc distinguentem.

Qua conclusione recepta, in contrarium quæ allegata sunt, possent sustineri, vbi ab vno teste, ex legis ordinatione,plena probatio descenderet,iuxta notata per
Cornazzanum in decis. 82.num.32. † An 100
autem inter testem idoneum, & omni exceptione maiorem sit adhibendum discrimen, dic, vt per Farinacc. de oppositio. contra perso.testium quæst. 62. num. 20. 21. & 22.

Caueant præterea nè variationis aut 101
singularitatis vitio, si plures inducti sint, corripiantur. Nam validissimum illud creditum est ad tale iuramentum denegan-

gandum. quod ipsum, quia non ita generaliter affirmari potest: proinde rem breuiter perstringendo, considerandum
102 est; † Singularitatem in testibus in tres species diuidi; vel enim dicitur singularitas obstatiua, vel diuersificatiua, vel denique adminiculatiua.

Obstatiua est, vbi in ipsa facti substantia testes discordare: offenduntur, vt puta si vnus dicat Titiũ tali loco & tempore consignasse bouem, Alter dicat equm, in dicto loco, & tempore concordando.

Diuersificatiua est vbi è contra in substantia quidem conueniunt, in essentialibus verò circunstantijs inter se pugnãt, vt puta quia ambo decem mutuata testentur, sed in loco, vel tempore discordent, vt quia vnus dixit in loco iudicum, Alter in lateritia platea, vel veteri, vel vnus de mense Ianuarij, alter vero de mense aprilis, & sic in eorum dictis nulla consideratur repugnantia; sed potius factorum diuersitas; quæ pro rerum qualitate subesse potuit; cum valeat quis diuersis in locis, & temporibus mutuare.

Adminiculatiua verò est, cum per varios actus aliquid à pluribus in genere
103 enunciatur, † vt puta ad possessionem probandam si vnus dicat vidisse Titium fundum, de cuius possessione agitur, arare, alter seminare. alter putare arbores, lignaque alter incidere, segetesque secare, & similia: qui actus omnes in possessore considerantur, prout optimè de prædictis omnibus magistraliter habes per Baldum in l. testium C. de testibus, scribentes in vulgata l. admonendi, Alberic. de maletis in tracta. de testibus cap. 9. num. 23. Crottum parte 7. num. 130. & in d. l. admonendi num. 61. Crauettam in consil. 78. incip. de anno num. 6. & 20. & consil. 369. num. 12. & consil. 336. num. 26. & in tracta. de antiquit. tempor. parte 4. sectio. incip. sed enim num. 14. Bald. in consil. 514 num. 3. & 5. vol. 5. Vincent. de Franchis in decis. 56. num. 2. & 21. & in decis. 105. Mandellum albensem in consil. 25. Ozascum in decisio. 72. num. 1. & 3. plenè per Decium in cap. licet causam de probat. à num. 58. per plures sequentes, Felin. in cap. licet ex quadam de testibus colum. 5. Gomesium in 3 tomo delictorum cap. 12. num. 12. † vbi in præscriptione, & 104
hæresi exemplificat, & in criminæ læsæ Maiestatis per Minadoim in consil. 11. num. 37 licet non mirum; cum & vni testi in eo crimine credatur, vt ibi per eum num. 38. habes plenissimè per Farinacc. de opposītio. contra dicta testium quæstio. 64. num. 150. cum pluribus sequentibus, Baiardum ad Clarum quæstio. 53. num. 41. & Andream Gayll. obseruatio. 66. lib. 2. num. 11. & 12. & in decisio. perusina 9. num. 10. cum alijs sequentibus, & Iunio: Socinum in consil. 99. nu. 13. 14. 15. & 19. vol. 2.

Quibus ita suppositis; dum quæritur an testium existente singularitate, iuramentum hoc deferri valeat, ad ipsam probationem supplendam, facias Tu has breues conclusiones.

Prima sit, quod stante singularitate 105
obstatiua nequaquam suppletorio huic nostro iuramento locus dari possit; cum in ea inuicem sibi testes in facti substantia contradicant; ac alterius dictum falsum esse, indè prodeat argumentum l. eos ff. de falsis, vt in testibus Susannæ dictam passim occurrit, & habes per Bald. in rub. de controuers. inuestit. Ripam in d. l. admonendi num. 205. & ibidem per cæteros, ac plenè per Farinac. in d. quæst. 64. num. 51. & Barbatiam in consil. 54. nu. 21. vol. 2.

Secunda conclusio est; quod neque 106
diuersificatiua altera subsistente, ad iuramentum præfatum decurri valeat; Nam licet non se inuicem tollant, vt in obstatiua antedicta, dubiam tamen eos rem facere negari non potest; vnde omni exceptione maiores; prout requiritur, esse non intelliguntur, vt habes per Ripam loco citato, Crottum in d. 7. parte num. 130. in vers. notate tamen; Socinum in Regula 2. Fallentia 74. & alios relatos per Crottum ibidem; & ratio altera est secundum Ripam ibidem, quia si duo testes in hac diuersificatiua singularitate non faciunt vnam plenam probationem

nem

nem, sequitur indubitanter, quod eorum alter ad semiplenam in ipsa re necessariam non erit sufficiens, & † quod se
107
inuicem debilitent, voluit Detius ex Baldi doctrina in d. cap. licet causam num. 63. videnda tamen erunt scripta per Farinacc. loco citato num. 46. & sequentibus, & Baldum in l. de quibus in repetitio: de legibus col. 24.

108 Tertia verò, & postrema conclusio est; adminiculatiuam singularitatem iuramentum præfatum admittere, vti ea, quæ benè semiplenam præseferit, cum testes in ea inuicem coniungantur, atque hinc descendit, quod vulgariter notatur ex singularibus testibus semiplenam induci, iuxta allegatos per Crauettam in d. consil. 73. num. 35. Nam de hac singularitate tertio modo dicta exaut. dicendum est, vt per Bald. in consil. 37. incip. quidam Tabellio vol. 1. & alios allegatos per Crauettam in d. consil. 369. num. 12. & facit, quod refert Menoch. de arbitrarijs iudicum lib. 2. cent. 1. casu 90. num. 6. & 7. & per Farinacc. loco allegato num. 52. & 53. Quare, cum nihil vltra semiplenam requiratur, illud sequitur, quod dictum est, indubitatum, vti habes per Franciscum Marcum in decis. 387. num. 4. licet malè exemplificet, cum in terminis exempli præfati non exigatur hoc iuramentum, ex quo clarum est, ex vno teste de veritate, & duobus de confessione extraiudiciali, parte præsente, plenam extrui probationem, vt per Petrum Rauennatem in singul. 714. incip. Tuscis, Cephalum in consil. 448. num. 28. Addendo, quod etiam plena importatum, vbi vnus de veritate, & alter de confessione attestaretur, vt per Bartholomæum Bellencinum in repetitio: cap. si cautio de fide instrumento: num. 186. ex Baldi doctrina in cap. 1. in principio de controuers. inuestit. & latè prosequitur Loffredus in consil. 8. incip. Magnificus quondam à num. 6. per plures sequentes.

109 Et successiuè, quia † vti ex semiplena ad iuramentum, ita ex indicijs ad torturam infertur, illud probatum est, ex adminiculatiuis eiusmodi testibus, & singularitatibus etiam ad torturam indicium fieri, & sic coniungi, vt per Blancum in tracta. de indicijs num. 368. fol. mihi 389. & Casonum in tracta. de tormentis cap. 6. num. 11. & 12. fol. mihi 414.

Præterea si ad defectus in ipsorum testium personas objiciendos animum conuertamus; meminere oportet, multa quæ eius sunt materiæ nos supra in prima parte consideratio: 4. & alijs perstrinxisse, & proinde ibi studiosum remittimus, nè in tam angusta tractatione idem pluries notare depræhendamur; illud tamen commemorare non congruit
† quod siuè aliquid testi deficiat ex habitudine ad producentem, vt puta quia 110
illi domesticus vel consanguineus, vel alijs supra notatis vinculis astrictus sit, siuè ex habitudine ad eum, contra quem producitur; vt quia eius inimicus efferatur, siuè tertio ad se ipsum; quia videlicet infamis, fur, falsus, aut alijs pessimis notatus sit, semper iuramentum prædictum cessabit, vt per Rolandum in consil. 50. num. 20. vol. 2. Eundem in Consil. 74. num. 35. vol. 1. Hippolit. de Marsilijs in singul. 273. num. 2. Surdum in decisio. 316. num. 94. & latè de omnibus à iuramento præfato excludentibus per Bald. in consil. 269. incip. Quidam nomine num. 5. vol. 1. vbi videndum.

At, vt, & de his aliquantis per in indiuiduo videamus, vltra tamen prædicta, considerandum primò est; † quod si 111
quis amicum in testem produxerit, etiã ea amicitia; qua testis, iuxta in allegata supra consideratio: 4. discussa, non repellitur, non tamen per hoc, quod alios defectus non patiatur, ad semiplenam sufficere credendus est, & consequenter ad iuramentum; quod semiplenam necessario supponit, iuxta notata per Bartolum in d. leg. admonendi num. 37. Iasonem in repetitio num. 178. & 179. & alios allegatos per Farinacc. de opposi- tio: contra personas testium quæstio. 55. inspectio. 5. num. 275. † quod intelli- 112

gendum est habere locum, etiam si, prout in repulsis exigitur, amicitia in spetie non fuerit deducta, & comprobata, sed in genere tantum, iuxta traddita per Farinac. loc. cit. nu. 253.

113 Quod tamen de amico dictum est restringitur, vt non procedat, si ab altera parte fuisset approbatus, vt in decisio: Luccensi nouissima 71. referente vallaria, vel etiam alteri parti æquè amicus, aut coniunctus esset, iuxta notata per D. de Franchis in decisio: 95. num. 2. dic, vt plenius in prima parte in allegata considerat. 4.

114 Secundo quæri potest, num si quis fœminam in testem produxerit, cuius dicto circa facti narrationem, & cæteras circunstantias nihil desit, testem omni exceptione maiorem produxisse intelligatur? Hoc sanè maximum est dubium fœminis ipsis inuisum nimis; Nos tamen paucis rem absoluemus, & primò negatiua sententia apud multos recepta est, dum non esse testem omni exceptione

115 maiorem fœminas apertè senserunt, † ex eo, quod ex earum fragili sexus conditione, non boni consilij præsumptio exoriatur, quæ non potest, nisi derogationem in aliquo operari, quare non omni exceptione maior intelligi potest, vt per Iunio: Socin: in Consil. 116. in principio, & dixi plenè in tracta. de 1. & 2. beneficio considerat. 2. & consequenter minus ad suppletorium habilis. Si verò vlterius rescire contendas, quibus iam emissa prædictorum conclusio probetur amplius, videas congesta per Tiraquellum in 9. lege connubiali in primæ Glosæ 9. parte num. 72. & quæ copiose complexa est Sylua Nuptialis in clausula non est nubendum.

Præterea eo amplius præfata aduersus fœminas admissa sententia firmari, &

116 stabiliri potest, † si animaduersione aliqua in iure facienda, in multis, ac penè innumeris masculis esse fœminas deterio

117 res assequaris, vt est, † Masculorum patriam potestatem non habere, vt in l. mulierem C. de adoptio: atque inde, vti masculos adoptare non posse, vt in d. l. mulierem, & in §. fœminæ institut. eod. tit.

† non potuisse insuper in antiquissimo il- 118

lo testandi genere, quod per æs, & libram explicabatur, testimonium dicere; dum in præsentia quinque testium ciuium Romanorum puberum perficiebatur, & sic

masculorum, † cum eis hæc dictio pube- 119

rum propriè conueniat post decimum quartum annum stante, quod post duodecimum fœminæ viri potentes propriè, & non puberes dicuntur §. 1. institut. de nuptijs, & §. 1. quibus modis tutela finitur, in fine quemadmodum optimè aduertit Antonius Contius subseciuar. lectio. lib. 2. cap. 13. sed de hoc non plura; cum nec etiam in præsenti illas admitti, sit in iure clarissimum, vt in l. qui testamento §. mulier ff. de testamentis, & in §. testes autem instit. eod. tit.

Neque rursus in antiquo diuortio, vt 120

in l. nullum ff. de diuortijs, dum ibi dicitur. *quinque testibus ciuilibus romanis puberibus præsentibus*. Seu adhibitis. &

in summa in hac testium materia, † in 121

omnibus casibus, in quibus testes adhibendos, idest rogandos exactum est; de quibus per Glosam in auth. rogati C. de testibus, semper exclusæ fœminæ animaduertuntur, vt habes per vltramontanos in d. §. testes autem. Quod ipsum in proposito multum vrgere intelligendum est dum, & in nostro teste extraordinariam quandam qualitatem comprobandam, ex superius dictis, secundum aliquorum placita exigimus; quam in mulieribus

deesse † per contrarium doli, fraudis, 122

fallaciarum, ac decipularum eis familiares artes clarissimè monstrant, de quibus per Tiraquellum in d. 9. lege connubiali in citata glosæ primæ 9. parte nu. 47.

Sed quoad hanc ipsam rem attinet, nè contra fœminas actum agere videamur, quanti inter se mares, & fœminæ distent Aristotelis, Platonisque contextus hic adscribere libuit; primò etenim Aristoteles de historia animal. lib. 9. cap. 1. sic inquit. *Hic enim natura perfectissima est, & ob eam rem habitus conspectiores in eo ipso continentur, ita quod mulier misericors magis, & ad* la-

lacrymae propensior, quam vir est, inuida item magis. & querula, & maledicentior, & mordacior; praeterea anxia, & desperans magis; quam mas, atque impudentior, & mendacior ac magis infra, immobilior denique est. quod similiter, & inter Bruta masculini, & fœminei sexus obtinere ibidem docuit; & in libro phisiognomonicæ cap. 8. dum inquit, *videntur autem mihi magis malefica fieri fœminea masculis, & proteruiora, petulantioraue, & illiberaliora, & impotentiora.* Concinitque tandem
123 Platonis aliud Dialogo 6. de legibus, † dum inquit, *quod quidem genus aliud hominum est, & differens, nobisque occultius, & versutius natura est propter imbecillitatem; atque ita minus ordinari potest*, & in Dialogo 5. de republica fol. mihi 400. col. 2. Suscepti tamen in-
124 stituti cætera, si quis exquirat, † Detium adeat in l. fœminæ ff. de regulis iuris, eundem in consil. 516. num. 20. Afflictum in cap. sequitur de successio: feudi num. 129. & 130. Ioan. de Platea in l. nullus C. de decurio: lib. 10. Detium in consil. 575. num. 4. Florian. in l. prætor ait §. hæc autem num. 3. ff. de his, qui deiecerunt, vel effuderunt. Iaffred. in decisio: 117. incip. consuetudinem cent. 2. Bald. in consil. 455. num. 3. vol. 4. Corneum in consil. 319. in princip. vol. 1. latè per Riccium in sua Glosa in l. in multis ff. de statu hominum, latius per Tiraquellum in loco supra citato, & latissime apud Syluam in d. §. non est nuben
125 dum. † His tamen omnibus, prò Coronide, ex Bellij noctium atticarum lib. 6. cap. septimo illud superaddendum est; testimoniorum videlicet vsum antiquissimo iure mulieribus non fuisse, ergò, &c.

126 Quicquid tandem sit; nè ad incusandam naturam progressus facere deprehendamur, contra textum in l. maximum vitium C. de liberis præteritis, prædictis omnibus minimè refragantibus, fœminas omni exceptione maiores testes esse, satis iure receptum est, vt meritò de earum pessimis, & maledictis non sit amplius in proposito disputandum, cum non sit in Ciuitate malum, cuius maximam partem masculi non ferant, in quo uè ipsi auctores non sint. Probatur inquam quod dictum est apertè in cap. super eo de testibus, dum ibi cauetur expressim, duarum fœminarum testimonio matrimonij alioquin arduam causam comprobari, † supposito ex ipsa ardui- 127
tate, in dictis caussis testes omni exceptione maiores requiri, vt in cap. 1. vbi Abbas de consanguin. & affinit. Sequitur Iunior Socinus in allegato consil. 29 num. 24. & 27. vol. 2. Detium in consil. 162. num. 12. & Mascard. in conclus. 1023. num. 7. & 8. quod an verum sit, vide ibidem per eum num. 15. Quare earum alteram semiplenam importare, indubitati iuris est; quod si ita est, pro-
ut est verissimum † consequenter mulie- 128
ris vnius absoluto dicto subsistente, iuramento præfato locum esse posse firmare licebit; cum quantum ad testem attinet, nihil aliud vltra semiplenam exigatur, vt habes per Ripam in suo Responso 71. num. 4. eundem in spetie in vulgata l. admonendi num. 376. Iasonem ibidem num. 299. Crottum in tracta. de testibus parte 4. num. 60. ac tandem id ipsum per multa conclusit Tiraquellus in d. primæ Glosæ 9. parte num. 74. vbi recurras; & plenissimè per Farinacci. de oppositio: contra personas testium quæst. 59. casu 2. nu. 36. & 37.

Attamen si cum sexus imbecillitate 129
meretriciū concurreret; aut aliud; quod & masculis attestantibus officere notatum esset; tunc sanè eius rationem habendam non esse, iure dici posset; cum sit clarissimum; ne dum in criminalibus sed etiam in ciuilibus illam in testificando inhabilitari, vt in l. 3. §. lex Iulia ff. de testibus, & habes in plenissimè notatis per Farinac. de oppositio: contra personas testium quæst. 56. artic. 10. num. 359. cum pluribus sequentibus; tunc enim diceretur infamis infamia facti l. palam §. quæ adulterio ff. de ritu nuptia. & per Baiardum ad clarum in §. fin. quæst. 24. nu. 98.

An autem mulieri ipsi litiganti, & fe-
mi-

miplenam habenti, tale iuramentum deferri possit, infra suo loco notabitur.

130 Secundò principaliter quæri potest; nunquid spurius examinatus semiplenam ad hoc nostrum iuramentum importet? & non importare, facilè concludens

131 † si deterioris conditionis similiter illos alijs legitimis in multis cum Hippolito breuiter discurras in singul. 478. ac præsertim Dignitatum incapaces esse; vnde eorum testimonium satis defectiuum

132 comprahendere est, quippe, † cum illud ferre dignitatis esse dicatur in textu in cap. præceptum 32. quæst. 5. & per Glosam in cap. testimonium de testibus; ac indè honoris, vt in cap. forus in fine de verbo: & rerum significat: Quod eò maximè in casu nostro affirmare licet; quia, iuxta supra commenta, testes omni exceptione maiores exiguntur; ac quilibet defectus quãtum ius minimus hoc

133 subsidiarium remedium tollit, † prout ita cum effectu conclusum habes per Hippolitum in suo singul. 273. Crottum in d. quarta parte num. 72. & Rolandum à valle in consil. 74. incip. circa primum num. 34 vol. 1. pro ratione præmissorum

134 subiungendo, † eiusmodi conditionis homines ex illicito illo coitu susceptos, tali reprobato spectato initio, facti infamia & turpitudine laborare iuxta notata in l. fratres C. de inofficioso testamento, Rolandum in allegato consil. 74. num. 37. & alios allegatos per Farinacc. d. quæst. 56. num. 399. & 400. vt proinde non modico defectu eos teneri, affirmare possis; sed de his videas Paulo infra, cum de spurio petente se ad tale iuramentum admitti loquemur, & Doctores in l. & si pepercerit ff. de lib. & posthumis.

Et in summa receptui canendo, adeo purgatum, & sine defectu ad tale iuramentum inducendum testem exigimus, vt non solum is non sit de quouis minimo crimine diffamatus in spetie, seu reprobatus, prout in cuiuslis legitimæ repulsæ ordinatione requiritur, iuxta diffusè in prima parte notata in 1. & 2. considerati: vbi videndum, & habes vlterius per Romanum in consil. 290. incip. in casu propositæ consultationis, & per Imolam in consil. 59. incip. visis, & ponderatis, † Sed nec etiam in genere; vt 135
puta si fuerit dictum, & decretum; quod sit vnus Ribaldus, vt Afflicti verbo vtar; quemadmodum legis apud eum in sæpe citato cap. Sacramentum num. 12. & faciunt notata per eundem in constitutio: Regni incip. Comitibus nu. 19. vbi omnino videas quia pulchrè loquitur.

Supra dicta tamen contra spurios dictata sententia, & si ex præmissis verissima sit, restringendam tamen, & limitandam in allegato singulari Hippolitus cẽ 136
suit num. 8. 9. & 11. vt non procedat in spurio admodum nobili, atque in alio religioso effecto, † itemque in altero 137
quouis bonæ conditionis, & spectatæ fidei legitimato; Nam in primo nobilitatis splendor, religionis celsa virtus in 2. & receptæ bonitatis prerogatiua in Tertio tanti sunt, vt primitiuum illud prauitas, & infamiæ vitium penitus excludant, vt plenè habes apud Farinacc. in allegata quæst. 56. num. 410. & duobus sequentibus per iura in cap. nobilissimus 97. distinct. & in l. filius familias S. nonnunquam ff. de donat.

Consequenter, & illud hic duximus non omittendum; quod licet testis, qui minimum patitur defectum non sit idoneus ad iuramenti petitionem, & delationem, vt puta quia amicus, & consanguineus producentis is sit, vt per Petrum de Rauenna in suo singul. 962. & Ripam in responso. 72. num. 5. & sequentibus. † tamen si cæteris adminiculis adiuuetur; tunc rectè semiplenam faciet, & ad 138
iuramentum producenti proficiet, vt habes apud Cassaneum in consil. 36. incip. visu processu venerabilis num. 3. vt puta si ad idem tres amicos, aut consanguineos pars ipsa induxerit, vt optimè apud Felinum in cons. 36. nu. 11.

Præterea, & de illo dubitari potest; quid videlicet dicendum sit, si quis su- 139
per solutione spetiei, aut quantitatis molestatus ad probandum de consignatione, aut satisfactione laceratam fortasse super ea re conscriptam singrafam producat

ducat, num ex eius productione semiplenam extruxisse intelligatur; ita quod alia non adiutus probatione iuramentum hoc petere possit?

Breuiter dicas ex illius productione eum, & semiplenam facere, & ad iuramenti petitionem iure adiuuari. Intelligendo tamen conclusionem in illo, qui creditoris domesticus seu familiaris fuerit, non tamen leuis, sed bonæ opinionis, & qualitatis, nè singrafam subtraxisse redargui præsumptiuè possit. Dixi
140 de familiari,& domestico, † nam si extraneus penitus esset, qui apocam præsentasset, tunc non semiplenam, quam dixi, sed plenam, ad sui liberationem, facere probationem intelligeretur, vti optimè habes apud Ioan: Petrum Ancharan. quæstio. familia. libro 2. quæstio:69. num. 10.& 11.& faciunt notata per Guidonem Papam in vulgata l. bonæ fidei sub num. 7. in vers. aduertatis circa præmissa. Videndus est tamen omnino Menochius contra sentiens de præsumptio. libro 1. præsumpt. 83. num. 5. & idem Guidon Papa in tractatu de præsumpt.nu.22. vbi optimè distinguit.

141 Tandem pro testibus omni exceptione maioribus videnda erit Glosa in §. idoneus institut. de inutilibus stipulatio: & in cap. 1.de consanguinit: & affinitate in verbo maiores, Cornazzanus in decisio.26.num.6. & Mascard. in allegata supra concl.1023.nu.5.

Pro coronide tamen ad præfatum requisitum duo alia vlterius duximus expendenda: primum est, an videlicet indistinctè verum sit, semiplena supposita, necessario dandum esse huic iuramento locum? Secundum,& vltimum, num ex præsumptionibus ad illud deueniri possit

Quoad primum, non indistinctè ex semiplena ad iuramentum hoc patere
142 aditum tu intelligas, † Sed ita demum si inducta illa inconcussa,stabilisque permaneat; cũ euenire possit,per contrarias probationes, aut præsumptiones illam vel penitus tolli,vel infirmari,vel etiã ex facto proprio ipsius, qui iuramẽtũ petit.

Circa quod aduertendum primo est, ad illud, quod primitus dixi, *per contrarias probationes*, vt non intelligas tu de plenis, quia semiplena altera per vnum testem rationabiliter concludentem &, vt dictum est, omni exceptione maiorem sufficeret,& voluere Glosa,& Baldus in l. 1. C. qui, vt aduersus quos, idem Baldus in l. de quibus de legibus col.penult. Hippolitus in singula: 197. incip.quoad hoc & singul.621.incip.Magnæ importantiæ nu.3.

Sed addendo prædictis considerari 143
potest, quod, & si is omni exceptione maior non sit, adhuc eius iuramenti delationem impedire poterit; Nam licet eo casu semiplenam contra iam inductã alteram non extruat, negari tamen non potest, quin illam debilitet; & consequenter aliquid testi deesse faciet, defectumque affert,vt per Ripam in d. l. admonendi nu. 212.

Supra dicta tamen conclusio in vno restringi rationabiliter potest, vt videlicet non procedat,si testis contra semiplenam inductus sine aliqua ratione deposuisset,vt pulchre,& notabiliter per Hippolitum de Marsilijs in d. singul. 621. num.3.haberetur enim talis testis ita informiter deponẽs, ac si examinatus non fuisset, prout latius in 1. parte consideratio: 6. circa finem notatum est.

At contra prædicta considerari pos- 144
set;quod adhoc, vt in ciuilibus Reo absolutio decernatur, non sufficit, quod eius probationibus, Actoris aliæ inductæ dubiæ reddantur; sed quod ex seipsis dubiæ sint, vt in l. non hoc C. vnde legitimi, & in cap. in præsentia de probatio: Sed si ex Rei semiplena impediretur Actori tale iuramentum; Sequeretur pro Reo absolutio; ergò, & quod sequitur.

Responderi ad hoc multipliciter potest, & primò hoc nequaquam obstare; cum pro Actore non adsit plena probatio; quæ ad condemnationem exigitur. Quare non mirum, si ex Rei semiplena iuramentum impeditur, cum debilitata per alteram intelligatur, & sic non adsit integra, quæ exigitur semiplena. vel 2.

dici

dici potest; quod fallit, vbi ad irregularem probationem decurritur, cuiusmodi est principalis met in propria causa attestatio; de quo dic, vt infra.

145 Idem profectò est, si productus testis, à quo semiplena sperabatur à parte altera fuisset legitimè reprobatus, quia secundum ea, quæ in prima parte dicta sunt, ea reprobatione quandoque in totum testis dictum tollitur, quandoque verò debilitatur. Vndè illa stabilis qualitas nullam aduersus testem exceptionem admittens in hac ipsa specie requisita facile sublata censetur, vt iuramentum subindè nullatenus admittat.

146 Dixi secundo, aut præsumptiones; cum constet ex his, quæ in præcedentibus dicta sunt, stante pro Reo præsumptione, inuerisimilem reddi examinati testis depositionem; vt meritò propterea omni exceptione maior, vti exigitur, non intelligatur, vt per Bald. in d.l. 1. Hippolitum de Marsilijs in suo singul. 451.incip.decreui, Rotam Bononiensem in conclusio.67.num.6.D. Ozasci in decisio.Pedemont.71.num. 3. Rotam Romanam in decisio.19.sub tit. de dolo,& & contumat.num.3.in nouis, Rolandum à valle in consil.50.num.13.vol.2. Illustrissimum Cardinalem Manticam de cõiecturis vltimarum volunt.lib.12.tit.12. num.25 Mascard.in vulgata quæstio. 9. num.47. vbi alios de more allegat. Gozadinum in consil. 11. num. 19. Guidonem Papam in d.l.in bonæ fidei num.

147 7. † vbi de duplici præsumptione memorat, quarum alteram dicit esse secundum legem; Alteram verò secundum naturam vide illum, & Alexandr. in consil. 53. incip. in causa vertente num.6. vol.1.licet ipse Bartolum reprobando contrariũ senserit in d. l.admonendi 12. columna, Brunorem à sole in compendio in vers. iuramentum deferendum est, Surdum in consil.135.num. 81. & Menoch. plenè prosequentem de præsumptio: lib. 1. præsumptio. 38.num. 1.& quod notauit Crauetta in consil.809. num. 11. & Florianus in l.verius num.4.ff.de probatio.& glosam,& Baldum in l. non est verisimile ff. quod metus causa, & idem Crauetta de antiqui templo. parte prima sect. visio de fama nu. 29. per Afflict. in decis. 364.& alios allegatos per Contard.ad l.vnicam C. si de moment. poss. fuerit appellat. in rationibus decidendi num. 29.

Quibus valdè insignis Speculatoris doctrina accedat in titulo de probatio. §.vltimo in fine relata per Curtium in l. transactionem num. 3. C. de transactio. † quod vbi quis contra se præsumptionem habet, tenetur per tres testes probare intentionem, vel saltem per duos valdè excellentes; Sed cum vnum adhibet, principalis ipse pro sui parte æquè excellens non creditur, ergò meritò ad eius iuramentum deueniri non potest,& habes optimè per Surdum in decisio: Mantua. 71. num. 21.& in decisio. 89. num. 30.& Marcum Mantuam in singulari 349. incipiente scimus omnes num. 2.vt & in comprobanda donatione, quæ non præsumitur copiosè habes per Mascard.in conclus.555.num.9.& 10.& de principali conclusione per eundem Curtium in cons.51.nu.7. 148

Ad supradicta etiam facit, † quod si statuto caueretur, quod super aliquo negocio contra Magnates fama sufficeret, statutum tale in fama quæ aliquo modo elisa esset, locum non haberet, quia de obtinenti illud intelligendum esse voluerit Baldus in l. sacrosanctæ nu. 7.C.de Episcopis,& Clericis;& in l.si tutor nu.3. ff.de periculo tutorum. 149

Dixi Tertio, vel proprio facto ipsius iuramentum petentis; Nam si Actor pro sua intentione inducat testes, & Reus ex aduerso contra eorum personas, & dicta, ad repulsæ fabricandæ effectum protestationem emittat; contingatque vnum fortasse ex dictis Actoris testibus de solutione per Reum facta deponere; quo casu iuramentum hoc, vt infra suo loco, Reo deferri posset; certum est, quod ex ea protestationis emissione illud sibi impediretur, quia non parum ex ea testi derogatum censeatur, ac proinde omni exceptione maior esse desierit. Intelligen- 150

151 ligendo tamen † Reo ipso in emissa protestatione persistente; quia si re integra, illam reuocasset, iuramenti affectata pręstatione, ad sui liberationem, priuari non posset, iuxta ea, quæ supra in 1. parte consideratio; item prima ex Lanfranco notauimus, prosequitur plenè Boerius in decisio. 245. num. 5. & de antedicta conclusione per Zabarellam in cap. præsentium de testibus sub num. 2. circa finem, Bossium in tracta. de testibus in tit. de publicatio: processus num. 13. & Federicum Schenchium in suo item in testibus tract. nu. 53.

Facit plurimum ad supra proximam conclusionem; quod alias de responsionibus, positionibus factis responsum est
152 † quod videlicet si in responsionibus aliquid, quod in fauorem positionem facientis deprehendatur, eique responsioni positionem faciens contradixerit; tūc illud sibi nequaquam proficiet, iuxta communiter notata per scribentes in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir: possessio: & alios allegatos per Mascard. in concl. 1182. nu. 30.

153 Præterea facit, & illud vulgatum † de faciente contra legem, vel statutum, quod videlicet eorum beneficijs iuuari non possit, vt per Baldum in l. vltima §. si verò C. de iure deliberandi, & Roland. in cons. 63. nu. 2. vol. 1.

154 Facit tādem ad idem, & illud, † quod si quis vnius delicti plures Reos fecerit; non poterit postea vnum ex eis ita delatis, ad illud contra alium, legitimè probandum inducere, vt per Albericum in tracta. de testibus cap. 4. num. 68. ergò idem, & in casu nostro. pro antedictis tamen videas Mandellum in cons. 9. incip. ex his num. 29. fuse notata per Grammat. in decisio. 103. num. 151. & 152. & Cornazzan. in decisio. 88. num. 5. ratio verò ex eo deducitur, quod latius supra in 1. parte notatum est; reprobatum videlicet quis pro se amplius probare non potest l. dispensatorem ff. de solutio: Bald. in l. absentis nu. 2. C. si cert. petat. & Bartol. in l. Pomponius ff. de negocijs gestis.

155 Præterea quia diximus ex semiplena vel ea inferiori alia probatione, vt puta præsumptione alteri semiplenam protendenti iuramentum impediri, est insuper animaduertendum hoc in Agente ipso locum habere, nam quod excipientem attinet, compatibilis semiplena, iuxta dicenda suo loco, per Actoris plenam non eliditur. vt puta probauit Actor plenè mutuum ducatorum decem Titio factum Titius Reus è contra per vnum testem omni exceptione maiorem de eorum solutione docuit, ex infra dicendis per iuramentum suppletiuum Titium ab Agentis impetitione absolui posse, constabit. dic, vt ibi.

Secundum principale caput examinandum est; quod quandoque etiam non existente semiplena per vnum, aut plures testes, sed præsumptione aliqua huic iuramento locus esse possit; vbi videlicet bona ea appareat, vt voluit Andreas in cap. quidam obligauit sub nu. 1. in titulo de feudo dato in vim leg. commisso: vt puta quia agens aliquas pro se habere præsumptiones, & coniecturas deprehendatur, quibus iure ad suspitionem, vel opinionem super re, de qua agitur, iudex adduci valeat, iuxta notabilem Glosam in cap. tam litteris in verbo probata de testamentis, quam idem decidendo secutus fuit Bartolus in d. l. admonendi, Baldus in l. si fundum in fine C. de rei vendicat: Afflictus in cap. defuncto num. 1. & 2. in tit. si de feudo fuerit controuers. inter Domi. & Agnat. Alexand. in consil. 53. num. 7. vol. 1. Massilla in consuetudine Barensi in titulo de pensionibus domorum num. 7. fol. 105. Archidiaconus in cap. omnes circa finem 6. quæstio 1. Crauetta in consil. 843 num. 4. Mascardus quæstio. 10. num. 84. benè per Andream Gayll. in obseruatio. 94 num. 10. & Menoch. de præsumptio. lib. 1. præsumptio. 82. num. 1. & alios allegatos per Contardum ad l. vnicam C. si de moment. poss. fuerit appell. in rationibus decidenda num. 26. Et potest ab ipsius met præsumptionis descriptione desumi argumentum, dum in ea dicitur † *quod sit cognitio veritatis,* 156

ex circumstantijs resultans. vt per Mascardum in d. quæstio. 10. à num.9. vsque ad 14. vnde, & qui præsumptionem, habet probare intelligitur; si modo ea tanti sit, quæ iudicem mouere possit, cũ semiplena per testem hic pro forma non exigatur, iuxta notata per Mascard. in conclus. 676. nu. 8. & habes per Gayll. in d. obseruat. 94. vbi videas, vnde non ex probationis genere per testes, sed etiã ex alijs ad iuramentum deueniri posse intelligis.

157 Ac tandem, quod etiam violenta præsumptione supposita, iuramentum prædictum deferri possit, voluit Menochius de arbitrarijs iudicum lib. 2. cent. 2. casu 190. num. 3 habetur in decisio. Luccensi præallegata 71. referente Vallaria, & per Mascard. in conclusio. 1229. nu.

158 15. & 17. † non tamen intelligendo de violenta, quæ legis dicitur, iuxta notata per eundem Mascard. in concl. 1230. num. 41. quia illa, vt ibi, plenam facit probationem; sed de ea, quæ hominis est; qua media in aliquo facto iudex necessario persuadetur, vt in l. non est verisimile ff. quod metus causa, & in cap. quia verisimile de præsumptio: faciunt notata per D. de Franchis in decis. 105. num. 12. & 13. & decisio. 153. num. 6. habes explicatè per Menoch. loco allegato, vbi videndum, & quod probatio per coniecturas veniat appellatione manifestæ probationis, quodque euidens ipsa probatio dicatur, habes per Aretinum in l. si plures num. 6. ff. de vulgari, & pupilla.

159 Atque rursus prædictis addendo illud idem iuramentum ex pluribus præsumptionibus debitori contra creditorem dari posse, firmauit Menochius in consil. 109. num. 25. allegando Corneum in consil. 23. columna 3. vers. quæ maximè vol. 3. & habes per Crauettam in consil. 177. vbi quod duæ præsumptiones semi

160 plenam efficiunt, † vt meritò tandem quæ nam semiplena probatio intelligenda sit, quoad iuramenti præfati delationem, iudicanti ipsi, vti arbitrarium relinquendum sit.

Sed ex his expediti ferè de hoc secundo requisito illud hic pro coronide quærendum, & discutiendum duximus, † cur nempè sit, quod ad iuramenti huius delationem testis omni exceptione maior requisitus fuerit? pro ratione considerari potest; hoc ideò esse, quia ad effectum vt qui non idoneus est stricto iure fidem faciat, vti agens, vel excipiens quisque in propria causa intelligitur, oportuit inducendum testem adeò legalem esse, vt ex eius excrescenti legalitate principalis attestantis defectus suppleri, & inhabilitas eius adiunctione remoueri posset iuxta notata per Doctores in l. si quis ex argentarijs §. cogentur, ex eo textu ff. de edendo; quod, & latius exemplificando prosequitur Farinacc. de opposítio: contra person. testium quæst. 62. limit. 14. 161

Sed contra factam considerationem instari posset, dicendo adiunctum nunquam ad habilitandum prodesse posse, vbi defectus ab interesse dependet, vt per Socinum in l. si quis ita num. 6. ff. de rebus dubijs, & maximè, vbi principaliter de eo agitur, vt hic. Respondendo dici potest in proposito nostro interesse vertens posse tolerari; quia modicum sit, quo moueri probatam satis bonam petentis opinionem, ad periurij alicuius admissionem verisimile non sit, probationum præsertim verisimili vrgente defectu, vt in subsequentibus dicetur. 162

At, & illud etiam in huius requisiti calce notatum volui, quod semiplena hæc probatio ideò semiplena dicta est; 163
quia à plena ipsa † cui opponitur, spetie 164
distinguatur, cum ad eam collata priuationem quandam importare deprẹhendatur; non tamen simpliciter; quia sic accepta in causis plenam requirentibus ea ad nihilum prodesset, sed secundum quid, cum benè in eis ipsa cum alijs iuncta ad vnius perfectionem valeret ordinari; vel in aliarum defectum, ad necessarium de quo loquimur, iuramentum aditum aperire, vt per Baldum subtiliter in suo consil. 246. incip. commissus fuit circa principium vol. 2.

TER-

TERTII REQVISITI

RERVM SVMMAE.

le iuramentum admitti possunt.

240 *Iudei ab ecclesia tolerantur.*

205 *Iudei sub qua forma ad iurandum admittendi sint, subijcitur.*

206 *Iudeus ad Christi fidem reuersus num ad tale iuramentum admittendus sit?*

207 *Quorundam Mercatorum exercitium, votum, & fides expenduntur, ac contra eos super suppletorio sententia.*

208 *Iuramenti tres comites sunt videlicet veritas, iudicium, & iustitia.*

209 *Mercatorum olim ad publica concilia, thebanorum lege prohibitus accessus, & cur.*

210 *Veritate, iudicio, & iustitia deficientibus quale iuramentum esse intelligatur.*

211 *Cur sit, quod vbi veritas efflagitatur, ad iuramentum decurritur.*

212 *Spurius num ad suppletorium admitti possit, discutitur.*

213 *Qui testis non est integer, neque ad suppletorium sufficere potest.*

214 *Qui ad iuramentum hoc admittendus est, plusquam simpliciter legalis esse debet.*

215 *Spuriorum pessima conditio notata est.*

216 *In spurijs ex Alciato, & Paleotto infamia nota non considerata.*

217 *Non tamen ad iuramentum admitti eos posse concluditur, & cur.*

218 *An si legitimatus sit, ad illud admitti valeat, & quod non regulariter.*

219 *Legitimatus si religiosus sit, vel ad modum nobilis ad illud admitti potest.*

220 *Fæminis nunquid tale iuramentum deferri valeat, inquiritur.*

221 *Fæmina de iure feudorum in testem non admittitur.*

222 *Quod fæminæ agenti, vel excipienti illud deferri possit expeditum est.*

223 *An patri contra filium litiganti tale iuramentum deferendum sit, quæritur.*

224 *Pater neque volens contra filium in testem admittitur.*

225 *Pater semper pro filio bonum consilium capere præsumitur.*

226 *Miles licet non pro alijs, pro se tamen in iudicio procurator esse potest.*

REQVISITVM TERTIVM.



QVOAD Tertium in ordine cōsiderandum est, nè dum in medica causa pro petentis intentione absoluenda exigi, esse semiplenè probatū,
Sed vlterius petentem ipsum bonæ opi-
nionis, & legalem hominem existere, vt 165
iure, ex recursu ad eius religionem, pro
veritate illum responsurum sperari possit
vt suo loco diximus, respondetque plu-
rimum Platonis sententia in Dialogo de
legibus 12. in hæc verba dicta. *Si iurandi licentia in Ciuitate cuique dabitur, vbi plura ad iudices quotidiè deferuntur omnes penè periuri erunt.* atque hinc est, quod communi practica inoleuit, vt in casu, in quo de probationum defectu dubitatur, vel certum est, ex negocij perplexitate semiplenam alteram desiderari, Agentis, vel conuenti Rei bona opinio, & fama in articulis deducatur, & probetur, vt inde, vbi illud peti contingat, commendato veluti iuramenti præ-
fati beneficium tribui possit. † Quæ sa- 166
nè praxis si altius repetatur, ex Longobardorum iure initium traxisse videtur; dum eo iure, ad effectum prædictum Sacramentales testes adhiberentur, vt supra nos in 1. parte considerat. 2. notauimus, vbi videndum; nè contra institu-
tum rem in longum deducamus. † Illo 167
pro nunc insinuato, in dignoscenda eius modi legalitate cognoscentis iudicis offi

cium

tium plurimum valere ex Menochio in d. casu 190.num.13.vndè impostori alicui illud, aut furti diffamato deferri non posse clarissimè significatur.

Ex eiusmodi tamen requisito, illa primum generalis conclusio studioso repræsentari potest,
168 † quod omnis ille; qui non valet in testem admitti, neque ad iuramentum modo iam dicto sufficiens; habilisque credendus est, vt habes per Iaffredum in sua decisio. 283. incip. iuramentum cent. 3. Nam cum legis auctoritate in causa propria ad iurandum admittatur; legi conformis pariter esse debet secundum Cynum in vulgata l. in bonæ fidei quæstio. 7. vndè insanire iudex intelligeretur, qui iuramentum eiusmodi malo alicui homini deferre pergeret,
169 ad quod facit illud vulgatum. † *iuramentum malorum in aqua scribe.* & de antedictis per Bald. in leg. qui accusare C. de edendo.

170 Et vt ad particularia magis descendamus, periuro alicui suppletione in probationibus indigenti, hoc non est deferendum iuramentum, cap. paruuli 22. quæst. 5. ibi nè in sua causa, & in cap. ex parte, vbi Doctores de testibus, & alijs plenè allegatis per Farinacc. de opposit. contra personas testium quæstio. 56. Articulo 5. num. 186. & Brunorem à sole in suo compendio in vers. Testium debilitas, & vers. suspicio causata. Et ratio est; quia in legem committens, legis non debet beneficio iuuari, vulgata l. auxilium §. in delictis ff. de minoribus, ac præsertim; quia semel malus semper eiusmodi præsumatur, vt in Regula semel malus de regulis iuris in 6. & maximè in eodem genere mali, & sic periurij, optimus est textus in cap. nobilis homo circa finem 2. quæst. 5. & habes per Surdum in decis. Mantua. 17. nu. 5.

171 Id ipsum tamen non perpetuò aduersus eum obtinere declarandum est; Nam si peierasse eum penituerit, & media confessione satisfecerit, de quo iudicanti constiterit, ad illud benè admitti poterit. vt decisum in spetie refert Afflictus in decisi. 36. habetur per Menoch. in casu 464. num. 10. 20. & 21. Cent. 5. & Farinacc. de oppositio: contra personas testium d. quæst. 56. Articulo 5. num. 200. si verò non constaret, per prædicta, abstinendum foret, vt per Panormit. in vulgato cap. vltimo §. sanè col. 4. de iureiurando; Decium in cap. quæstioni num. 16 & 17. de appellatio: quicquid in contrarium senserit Hippolitus in suo singulari 107. num. 4. sibi contradicens in l. maritus ff. de quæstio. colum. 6. & in singul. 74. & Glosa in l. qui cum vno §. ignominia missus in verbo absolutus ff. de re militari, & Baldus in l. Lucius in fine ff. de infamibus, & ex viuio Baiardus ad Clarum in §. periurium num. 10. cum quibus Longobardorum ius concordare depræhenditur in Longobarda vltima de periurijs.

Cæterum cum periurijs non debeat via aperiri l. 1. C. si aduersus vendito, & in l. 2. C. de indicta viduit. tollenda, à per iuro ipso; à quo non nisi periurium speratur. regulariter tamen, vt insinuatum est, iuramentum hoc exigendum non est cap. litteras de præsumptio: & d. cap. paruuli. † cumque etiam ex incurso periurio infamiæ quis notam subijsse intelligatur. l. si quis maior C. de transactio: † cuius defectus vti non modicus, cum quem à dicendo testimonio in aliena causa excludat, vt in cap. quicunque 6. quæstio. 1. & per Angelum in d. l. si quis nu. 4. multò magis id in propria causa ex supra consideratis, & alijs, quæ subnectentur, operabitur. An autem requiratur, quod eius occasione sit is de falso notatus, vide supra in prima parte considerat. & per Tindarum in tract. de testibus lib. 1. cap. 11. & de antedictis per Rolandum in consil. 98. num. 13 vol. 3. & consil. 57. num. 17. & consil. 95. nu. 16. vol. eod. & Crauettam in consil. 821. num. 2. & 3. 172 173 174

Ad rem nostram redeundo, non esse peierantibus deinceps iuramentum deferendum, Ciceronis sententia satis refirmari potest; dum in oratione pro Rabirio dixit. † *vbi quis semel peieraris, ei credere postea, etiamsi per plures Deos iuret,* 175

iuret, non conuenit.

Atque eadem ratione, quia periurijs via aperienda non sit, & delinquendi tollenda occasio, vt in l.cum lex, vbi Bartolus, & Baldus de legibus, & per Glosam in l.ait prætor §.si is.ff.de iureiurando, alia iuri congruens conclusio descen
176 dit, † quod nè dum ei, qui actu peierauit, hoc nostrum iuramentum negandum sit, sed & illi quoque, quem verisimiliter deieraturum iudex intelligit, iuxta plura notata per Ripam in suo Responso 72. num. 18. Afflictum in Regni constistitutio. incip. cum circa nu. 17. Detium in d. cap. quæstioni num. 18. Brunorum in compendio in vers. iuramentum deferendum non est, Dominum Ozaschi in decis. Pedemont. 65. num. 5. Surdum in d. decisio. 17. num. 6. & faciunt iura in cap. ille & in cap. qui exigit 22. quæstio. 5. & habetur per Glosam in cap. quamuis ead. causa, & quæstio. & in cap. præsbiteri 15. quæst. 5.
177 † verisimiliter autem peieraturum illum iudex arbitrabitur, qui in verisimile quod sit aliquid affirmare contendat, vt ibidem per Detium num. 19. Eundem in cap. constitutis il 2. num. 4. eod. titulo, Iasonem in vulgata l. admonendi in lectura num. 118. & optimè per Menoch. de arbitrarijs iudicum lib. 2. cent. 2. casu 192. num. 2. & 3. licet hoc ipsum suo iudici arbitrarium is in fine num. 8. posuerit, & faciunt notata per Afflictum in cap. si vassallus num. 7. in tit. si de feudo fuerit controuersia inter domin. & agnatum. Et in summa ea suspictio facile inducit, vt is non integer censeatur, vt per Butrium in cap. in litteris num. 4. de testibus, & de periuro videas alia per Afflictum de iure prothomis. in §. nisi quis num. 20. & notata per Mantuam in sing. 268.

Idem præterea affirmandum est, si in alijs eius actibus, mendacem eum extitisse
178 se monstratum sit † cum is, qui à veritate deflexit, non maiore religione ad periurium, quam ad mendacium perduci consueuerit; vt in oratione pro Roscio idem Tullius censuit.

179 Sed, & si ad iurandum facilem aliquē iudex esse cognoscat, à nostri iuramenti delatione iure abstinere debebit; Nam cum ex ea facilitate p[illegible] parum habere deprahendatur, facilè est, vt pro animi expletione ardens ad periurium prosiliat. Et in summa quem iurare prohibendum non est, periurij tamen occasionem iudicem intercipere, sui muneris
180 debere, enixè protestamur, † Nā si falsò iuraturū ad iuramentū sciēter admittat, ex hoc ipso homicidæ facinus, quod sanè est maximū, se vincere certò sciet; quia si homicida corpus occidit, ipsæ animam, & duplicem quidem videlicet eius quē iurare procurauit vnam, & ipsius procurantis alteram, vt in cap. ille, qui hominem, & in cap. sequenti 22. quæstio. 5. & ibidem in cap. hoc videtur.

181 Quod tamen dictum supra est, de iuramento à periuro non exigendo restringendum nunc est vt non procedat in iuramento in periuri met odium explorando, iuxta notata per Panorm. in cap. cū in Ecclesijs de maiorit. & obedient. &
182 per Farinacc. loco citato † quemadmodum dictum est de iuramento calumniæ. à quo non excusari periurum benè constat, vt apud Nouissimos in tracta. de iuramento calumniæ cap. 15. num. 15. cæterum vniuersam de periurio tractationem non ignoro diligentissime exarasse virū illū doctissimū, nobisque summis labijs extollendum Ioannem Hieronymū Campanilem Episcopum Laquedonensem in prima parte mox imprimenda sui
183 diuers. Iuris. Canon. Rub. penult. cap. de periuro.

184 Successiuè quæri potest nunquid vsurario iuramentum prædictum deferri valeat? Et in hoc conclusiuè pro negatiua concludas, † cum adeò pessimo prauitatis contagio eius animus teneatur, vt nullum vlterius religionis specimen præ se laturum eum sperari possit, imò per contrarium non aliud, quam certum & determinatum periurium; cui, ex prædictis via nè dum aperienda non est; Sed etiam pro iuribus à iudicante tollenda. Ad quod plurimum conducit, quod notatur in textu in cap. cum omnis auaritia

1. quę-

185 1. quæstio. 1. † videlicet pecuniarum amatores tanquam Idolis inseruientes pro infidelibus habendos esse. Et si vlterius
186 discurrendum concedas, † iam ex hoc facinore vsurarium infamiæ turpem notam subire intelliges; qua subsistente, quem à ferendo testimonio submoueri certum est l. improbum fænus C. ex quibus causis infamia irrogetur & in cap. infames §. porrò 3. quæstio. 7. cum alijs allegatis per Surdum in consilio 425. num. 56. & habes per Vrsillum, & Grammaticum ad vulgatam Afflicti decisio. 36. Farinacc. in d. quæstio. 56. artic. 9. num. 352. vbi quod sit is penitus inhabi-
187 lis num. 353 † etiam si occultus sit, quia licet infamis non efferatur, fit tamen ex hoc maximo crimine odiosissimus, vt per eundem num. 354. & Menochium in d. casu 464. num. 14. cum & de eis senex Cato interrogatus hominum interfectoribus æquarit. vt lib. 2. d. iure antiquo Ciuit. Roman. cap. 11. in fine Sigonius retulit.

188 Sed rursus loco nunc hic quæri potest quid videlicet dicendum sit in casu, in quo quis vsuras exercere intermiserit, ac penitus cessauerit, num illud sibi deferri poterit? Hanc quæstionem Curtius Iunior proposuit, in vulgata l. admonendi num. 73. ac pro negatiua sententia ex Baldi doctrina in d. l. improbum conside-
189 rat † fænerari desistentem adhuc infamem permanere; quod si ita est, prout est verissimum, cum adhuc à iuramento prædicto abstinere debere indubium est. Sed quia in dicta maxima idem Baldus sibi contrarius extitit in Rubr. C. de vsuris quæstio: 2. dum cessare illam in cessante fassus est, propterea decerni illud posse cum eodem Curtio sentiendum est; non secus ac in se à periurio extricante supra definimus. Vide Curtium ibi; quia similia ad huius conclusionis robur adducere studuit, ac plenè per Iasonem in lectura num. 115. & 116. & Menochium ibi-
190 dem num. 15. † Intelligendo tamen, vt ibi, & sic quod per eum fuerit præstita cautio de restituendis vsuris, per textum in cap. cuncta de vsuris. Videndus est tamen Farinacc. loco proximè citato nu. 356. & 357.

Præterea quia farinam eandem præ 191
dentibus, & iudei ipsi habere noscuntur; illud loco à maioritate rationis assequi poteris; multò minus videlicet ipsis contra Christianos in iudicio agentibus, vel excipientibus illud deferri posse, ex notatis per Hippolitum in consilio 41. incip. Iudeus, & per Vrsillum ad Afflicti decisionem 214. num. 2. & Grammaticum in dicta additione ad decisionem 36.

In contrarium tamen insurrexisse Cra 192
uettam videre est in consilio 73. sub nu. 26. quod imò illis concedendum illud sit, & pro affirmatiua prædicta considerat primò † iudeos iure communi desti- 193
tutos non esse, sed eo vti, vt in l. iudei C. de iudeis Bartolus notauit in summario; quod si ita est; iam eos ad hoc communis legis subsidiarium remedium fore admittendos consequens est; præsertim, cum re discussa, illud eis non legatur ademptum. Accedat secundò, † quod ipsi de 194
Populo Romano esse intelliguntur; vndè & filios in potestate, vt & reliqui Ciues, habent, & immunitatibus Ciuibus ipsis indultis gaudere attenduntur, vt ibi plenè per eum, & Hippolitum in sing. 450. Rolandum à valle in consilio 35. num. 38. & 50. vol. 2. Nigrum in cap. Regni in cip. Item statuimus quod iudeis num. 5. & 12. Surdum in decis. mantuana 133. num. 2. 3. & 4. & Menochium de arbitrarijs iudicum casu 290. nu. 12. & Alexandr. in cons. 71. num. 2. vol. 2. Atque hac 195
ipsa ratione attenta, eis tale iuramentum deferendum esse, fuisse in imperiali camera decisum refert Mynsingerius in obseruatio. 6. centuria. 5.

Quicquid tamen sit, primitus relata 196
sententia communiori calculo recepta est; atque vltra suprascriptos, illam amplexus est Follerius in d. cap. Regni item statuimus nu. 15. & Mynsinger. in d. obseruat. 6. Et sanè si illuc, vt vera loquar, non intercederet, quod hanc ipsam communem sententiam communiret, ad eam stabiliendam ex incongruo validum argumentum deduci posset; Nam Affirma-

tiua pro vera supposita, Christiani vsuras exercentes, & aliæ, vt supra notatæ personæ perfidissimis iudeis deteriores es-
197 se noscerentur, quod ferendum non est. quam enim fidem, & honestatem in eis adesse eorum fautores agnouerunt, vt tale iuramentum præstari ipsis debere iure valeant comprobare? quem denique Dei timorem? à quo longè eos magna cum perfidia diu aberrasse, & aberraturos vsque ferè in finem satis, superque liquet? ad quod explicandum non parum Ioannis Battistæ fulgosi verba rerum admirabilium libro 8. cap. 5. scripta conferunt, dum inquit. *per multum de testibus dubitari posse; quamquam, & dites sint, & in amplo dignitatis astu collocati; nisi adhæc vita honestas, atque in primis Dei timor accedat; Neque enim fides amplas ædes, aut multo auro plenas arcas, sed hominum pectora inhabitat, vbi iustitia*
198 *sedes est*, † *quam & honestas, & religio nunquam incomitatam relinquunt.*

Sed, & vlterius his non modicè accõmodatum ex iurisiurandi descriptione, quam Tullius officio. 3. protulit, respon-
199 det argumentum; dum dixit † *est enim iusiurandum affirmatio religiosa; quod autem affirmando, quasi Deo teste promiseris, id seruandum est.*

200 Præterea si iudei contra Christianos, si modo illud non probent; testimonium dicere non possunt, vt in cap. de testibus, & in cap. si hæretici 2. quæst. 7. ex ratione cap. non nè 1. quæst. 1. ergo neque ex data supra parificatione, ad iuramentum hoc contra eosdem admitti poterunt, vt habes per Crottum de testibus parte 4. nu. 37. & optimè per Visillum in addit. ad Afflicti decis. 214. vbi alia.

Qua ipsa opinione retenta, pro supra inductorum in contrarium dissolutione considerari potest, quod licet iudei de corpore Ciuitatis Romanæ, & consequẽ-
201 ter Romani ciues esse intelligantur, † hoc ipsum tamen non de spirituali, sed de temporali Ciuitatis corpore ex audiẽdum est vt in l. Christianis C. de paganis cum quantum ad spiritualia extra nos esse comperiantur, ac nulla eorum sit cum eis communicatio, & habes per Rolandũ loco citato, quarè meritò concludi potest ad religionis hoc Sacramentum eos inuitari non debere; sequitur Curtius in d. l. admonendi num. 71. & Iason in repetitio. ad eandem sub numero. 296. vers. 36.

Quod verò de iudeo dictum est, & in 202
quolibet infideli procedere exaudias, vt ibidem latè per Doctores, & præsertim Iasonem, & Curtium.

Sed quid si inter eos iudei, & cæteri in 203
fideles; litigẽt nũ adiurandũ modo præfato admitti poterunt? Dici breuiter potest
vt per eundem Curtium, † quod cum ab 204
ecclesia in eorum fide tolerentur, vt toto titulo C. & extra de iudeis, quod non inconuenit illud inter eos, quum res ipsa exigit, admittere.

Sed illud sub qua forma præstandum sit, sanè exquirendum est cum nostri iuramenti formula illis, ex religionis diuersitate non respondeat. Dicendum propterea est secundum Mynsingerium in eius
obseruatio: camerali 20. centuria 6. † 205
quod non per Christum Dominum neque eius sacratissimum Euangelium, cuius ipsi perfidissimi contemptores sunt, iurabunt, sed benè per eorum mosaicam legem, & quæ in ea continentur decem Decalogi præcepta, vt habes per Speculato. in §. restat in vers. penult. in tit. de iuramento calum. Anto. de Butrio in proemio decretal. & Glosam in constitut. si quis in posterum fol. mihi 32. colum. 2. lin. 60. Alij vero ethnici per quæ iurare consueuerint, & de varijs modis à natura cõparatis cõtra periuros videas apud Alex. ab Alexandr. genial. dierum lib. 5. cap. 10. & de pænis eorundem lib. 6. cap. 10. circa finem.

At hic, & illud intermittendum non est; vt videlicet quæramus, nunquid si iudeus ad Christi fidem se conuertat, quod sæpè Dei misericordia contingit; is admitti ad illud possit? Et pro negatiua faciunt notata per Hippolitum in allegato singul. 273. nu. 7. per Glosam in cap. constituit 17. quæstio. 4. & in singul. 107 num. 3. à cuius sententia rationabiliter

Crottus

Crottus recessit in d. de testibus 4. parte num. 38. ex quo sacrosancti battismatis susceptione, odij, quæ aduersus eum causa vrgebat, sublata censeatur, iuxta nota ta per Bart. in l. Titia §. vsuras ff. de legat. 2. ac etiam in gremio ecclesiæ connumerari ceperint, de quo vlterius videas per eum ibi; vt tandem hos perfidos vsurarum sectatores relinquamus.

207 Verum quia rursus vsurarum meminimus, & earum non modicè suspecti, qui nec mediocribus facultatibus pollẽt certi, nostri tẽporis in credẽdis pannis occupati Mercatores exaudiuntur si modo mercatores dicendi sunt; cum in eo nomine ipsis decernendo non ipse conueniam & maximè illis, qui vix quingentorum aureorum facultatem nacti, sitientes ad diuitiarum, & honorum cumulum anhelare depræhenduntur; quos etiam non mercatores eiusmodi labe corrosos, sed grassatores potius publicorum, ac priuatorum negociorum nuncupare licebit; dum per omne nefas, quasi per saltus, omissis medijs honores affectant propterea etiam in minimis, quæ ipsi offenduntur negocia peragere, hoc nostrum iura-

208 mentum deferendum non est, † cum ad illud quæ requiruntur antecedentia penitus deficere dignoscantur, vt sunt veritas, iudicium, & iustitia cap. animaduertendum 22. quæst. 2. vbi Archidiaco: & Alij habes per Iunio. Curtium in consil. 141. num. 9. Socinum in consil. 20. num. 35. vol. 4. Rolandum in consil. 60. num. 68. vol. 4. & Iunio. Socinum in consil. 48. num. 25. vol. 1. & consil. 144. nu. 30. vol. eod. vndè enim in his veritatem desumemus. qui mille inuolucris, nè dicam iuramentis mille spontè iactatis illam obtenebrare, & conculcare student? quod iudicium? nisi lucrandi, ac superlucrandi in eis effrenata cupiditate inualescente fascinatum? quæ denique iustitia? cum nunquam illis eiusmodi iuramenti deferendi ex his legitima causa assignari possit? tanta voracitate ex minimis maxima conflare contendunt? ex quibus leuis vitæ iudicandi sunt, & consequenter minoris fidei, vt per Panormita. in cap. Testimonium de testibus col. 5. & alios in cap. licet de probat.

Sed hanc eandem sententiam, si antiquorum probatissimis institutis probare voluimus, † huc Thebanorum vetusta lex accedat; qua eiusmodi farinæ homines ad publica concilia non esse admittendos cauebatur ac nec quidem mercatores relicta nisi decennij spatium effluxisset, vt testatur Patritius de Republica lib. 1. cap. 8. & hoc ex eo, quod priuatarum rerum adeò vehemens, & affectatũ studium cognitum sit, vt semper publico regimini obfecisse constiterit. 209

Ad id ipsum sanè verba concepta talia efferuntur. *priuata res publicis consilijs offecere, & semper officient.* & facit optimè Tullij sententia, dum primo officiorum circa finem inquit. *Sordidi etiam putandi sunt, qui mercantur à mercatoribus quod statim vendant, nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur.* malorum enim omnium principio, auaritia nempè corripiuntur, à qua probabiliter admodum periurium ipsum insurgit; vt idem Tullius 1. de inuentione testatur, dum inquit. *Si auarus est negligit iusiurandum*, est enim mentiri manifestæ turpitudinis, cum perfidiæ, & iniquitatis crimen ostendat, & vt requisita iam dicta repetamus, † si in iurante veritas deficiat, quod emittetur iuramentum mendax erit. vbi desit iudicium, temerarium dicetur, si verò iustitia, iniquum, leue, & inutile ex traditione sancti Dionisij Carthusiani in Matthei Euangelium cap. 8. artic. 10. col. 17. & in summa accedat, quod dixit Apostilla in vers. quia non cognoui negotiationes in Psalmo 70. auidus acquirendi pro danno blasphemat, & proprijs verum nõ mentitur & peierat 210

Sed quæri hic obiter posset; quod sit, quod vbi veritas exquiritur, ad iusiurandi religionem deuenitur? Dicas secundum eundem Dionisium ibidem, quod cum Deus sit ipsa veritas, atque sanè infallibilis, vt qui omnium certam habet notitiam, & vniuersalem prouidentiam; congruere fuit existimatum, cum quis de veritate interrogaretur, ac responden- 211

do, illam profiteri vellet, veritatis auctori Deo, iurando assurgeret; secundum quem quisque iurans laudem mereri exauditur, iuxta illud Dauidis in Psalmo 62. *Laudabuntur omnes qui iurant in eo.*

212 At nunc ad institutum descendendo; quia spurietatis vitium in teste semiplenam impedire, supra notatum est, & consequenter eiusmodi qualitatis hominem iuramentũ hoc in testẽ ipsum producẽti non præstare; illud successiuè hic quærere offertur; an scilicet si is, qui illud petit ea nota nigrescat, ad illud admitti possit? Qua in re ex supra cõsideratis facilis est resolutio; & sic quod admitti nequaquã
213 valeat; † nã si vt testis illũ producenti nõ proficit ex iã facta, & satis recepta parificatione; neque illud ipse pro se subire poterit cum qui testis integer non est; neque ad tale iuramentum subeundum sufficiens censeatur, vt per Hippolit. in allegato singul. 273. & faciunt notata per eundem in singul. 478. seniorem Curtium in d. l. admonendi, & ibidem per iuniorem alterum remissiuè quamuis nu. 74. † Qui enim ad iuramenti religionem
214 admittendus est, plusquam simpliciter legalis esse debet, vt voluit Menoch. de arbitrarijs iud. cum allegato casu 190. num. 12. & habes per Surdum in decisio. Mantuana 326. num. 95. quem videas. Sed is, ex prædictis non est huiusmodi, cum infamis credatur, & de eo cogitatum intelligi non possit, iuxta notata per Baldum in consil. 207. incip. quæstio est. num. 4. 6. & 7. volum. 2. & habes, in cap. si gens anglorum 56. distinct. † sunt enim
215 eiusmodi generis homines in castris imbecilles, in fide inconstantes, hominibus nõ honorabiles, & summo Deo nõ amabiles, vt per Mascardũ in cõcl. 1356. nu. 31

Et licet contrarium ex Curtio antiquo, & iuniore in d. l. admonendi in allegato casu 464. Cent. 5. num. 17. depræhendatur tenere Menochius, † conside-
216 rando ex Alciato, & Paleotto; quod in eis infamiæ nota desit; tamen ab ea communi sententia non putatur esse recedendum; quia supposito, quod infames non sint, in quo conuenio, quia ad eam prauitatis exercitium spectandum sit; negari tamen non potest per preallegatum cõtextum, eorum non satis probari conditionem; & consequenter eis aliquid deficere; quod maximè in hac iuramenti materia spectatur; ergò meritò sicut, cum spurius testis adest, tanquam non omni exceptione maior, tale is ipsum producenti non tribuit iuramentum, † ita nec 217
ipse sibi, dum illud petit, cum, vt in supra scriptis testi æquiparetur, sed si ad saturitatem alia videre cupis, adeas Follerp. plenè examinantem in Regni Constitut. incip. sicut accepimus sub tit. de Episcop. & Clericis nu. 28. & 29.

Sed hic rursus non secus, ac in alijs 218
supradictis quæri potest, quid dicendum sit, si spurius, aut Naturalis quis legitimatus efferatur, an tunc ad eiusmodi iuramentum admitti poterit? Et in hoc, ex his, quæ in teste spurio supra notauimus resolutionem petere poteris ita, vt dicamus, quod si simpliciter quis videlicet ex inordinata paterna affectione, nulla commendabili bonitate in eius persona vigenti legitimatus sit; tunc illud sibi deferri non debeat; Nam non obstante legitimationis medicamine, adhuc in eo infamiæ cicatricem remanere, aut quem expendimus conditionis defectum, notauit Baldus quoad primum in cap. vltimo col. 2. de translationibus Episcopo: & in l. generaliter C. de institutio. & substitutio: sub conditione factis, & sic patris in hoc sola, & transcurata benignitas alijs detrimento esse non debet, nec potest.

Indè illud restrictionis loco rationabiliter inferri potest; quod si alia cum patris benignitate intercesserunt, ex quã legitimè is ad legitimationem perductus suadeatur, vt puta quia filius religiosus, vel admodum nobilis sit; vel quisque alter ornatis moribus, ac commendabilibus insignitus, quamuis actu spurius, ad illud admitti poterit; Nam eatenus natiuitatis prædictæ vitiũ in eiusmodi personis consideratur; quatenus malorum morum argumentum ex eo descendit; ergò legis hoc beneficium bonis moribus ornato auferendum non est; quasi aduer- 219

sus

sus eiusmodi legis præsumptionem, contraria probatione existente, iuxta Glosæ traditionem in l. Titio fundus ff. de conditio. & demonstrat. ad quod facit, quod & ad decurionatum admitti valebat, vt in l. generaliter §. spurij. ff. de decurionibus, & habes per Afflictum in decis. 195. in fine, & ibi per Vrsillum nu. 10. multa alia eis prohibita referentem.

220 Præterea, & de illo hic quæri potest; num fœminis ipsis in hoc prædicto iuramento subeundo sexus fragilitas aliquod præstet impedimentum? Hanc quæstionem à Ludouico Romano in d. l. admonendi col. 41. excitatam Iason refert in repetitione eiusdem num. 298. & pro negatiua induxit vnum valde concludens argumentum, videlicet ex axiomate à nobis suprapposito; quod qui pro alio in testem non admittitur, neque pro se ad iu-
221 ramentum prædictum admitti potest, † sed fœmina non admittitur in testem, vt in cap. 1. qui testes sint necessarij ad probandam inuestituram; ergò, &c.

Tu quando fœminas tueri volueris, pro responsione considerabis, loqui textum præallegatum in materia feudali, prout feudalis est textus, & in feudali causa per prædictos formata quęstio aduertitur; vt intelligas primo in causis Romanis legibus decidendis, ex supra
222 dictis de muliere teste † expeditam esse sententiam, quod videlicet eidem agenti vel excipienti illud deferri valeat; prout habes apud Tiraquellum in allegata primæ Glosæ parte 9. nu. 72. vbi cui magis, si cum masculo ad illud concurrat, deferendum sit, exponitur, & nos suo loco dicemus. Quarè restat dubium an sibi in feudali causa deferri illud debeat; de quo, nè institutum transcendamus, infra videndum est suo loco in decimo Requisito.


223 Tandem alijs missis, pro complemēto quæri hic potest de non vulgari quęstione; an scilicet patri cum filio in causa modica litiganti, & per vnum testem semiplene probanti, ac petenti iuramentum hoc deferendum sit?

Tu quidem ex prædictis, pro negatiua sine dubio concluderes, † cum neque volens pater contra filium admittatur, vt in l. parentes C. de testibus. At hoc non obstante, affirmatiua sententia tanquam verior probanda est, & tenenda in causis tamen illis in quibus inter patrem, & filiū iure permittente potest esse litigium l. lis nulla ff. de iudicijs, & hanc amplexus fuit Curtius in d. l. admonendi num. 70. & pro ea fundamentalis ratio est; quia eo ipso casu filius cuilibet penitus extraneo æquiparetur, cum sibi aduersus eum prospicere pater contendat, protinus in illa causa, quæ communicatione tanta in filium exercetur beneuolentia prętermissa 224

Neque huic refragatur, quod satis magna, & inordinata affectione pater cōtra filium, cui natura tantum tribuit, indulgetque, protrahi intelligatur; Nam, & alter quilibet aduersus extraneum quemcunque agens in ea causa ad victoriam vsque affectionem habere præsumitur, & tamen illud sibi; alijs concurrentibus, deferri constat. Et in summa cum Curtio ibi concludas; non valere consequentiam, pater nec volens in filium testimonium dicit; ergo neque aduersus eundem per iuramenti explorationem in propria causa, † imò maximè, cum semper pro eo bonum consilium capere exaudiatur, 225 præsertim in ipso necessaria ad illud legalitate supposita l. nec in ea ff. de adulte: Insuper dicēdum est, & in propria posse, † non secus, ac de milite notatur; qui 226 licet in iudicijs alieno nomine comparere non valeat; poterit tamen in eius propria causa, vt in l. filiusfamilias. §. veterანum ff. de procurato. & in l. militem. vbi Glosa, & Angelus ff. eodem, & eundem Angelum in l. qui stipendia num. 1. C. eod. titulo, & hæc pro propositi requisiti explicatione dicta sufficiant, vt ad quartum in ordine decurramus.

QVARTI REQVISITI
RERVM SVMMAE.

REQVISITVM QVARTVM.



VARTVM in ordine ad modum rationabile requisitum esse dignoscitur;cum satis constet in præcedentibus huius nostri iuramenti subsidiarium esse remedium, vt in allegata l. vltima §.licentia C. de iure deliberandi; in illis verbis. *vel per Sacramentum illius,si alia probationes defecerint.* vnde illa conclusio necessariò descendit; † quod si in casu, in quo plures testes interuenire potuerunt, vnus dumtaxat fuerit testis partis negligentia examinatus, 227
& ad complendam probationem iuramẽtum hoc efflagitetur,quod tunc illud nequaquam veniat concedendum; non enim lex,alioquin legis minister,quod ex causa in subsidium inductum est remedium,ita vulgò grassari volentibus illud impartiri debet, sed benè legis illud deferentis institutione pensata, & sic in proprio deficientium probationum casu
†non quidem ex partium negligentia, 228
sed ex factorum qualitate;prout optimè edocet Hippolitus in singul. 461. incip. regulariter,per Bartoli doctrinam in vulgata l. admonendi col. 13. in vers. item hoc intelligo verum, vbi & per Iasonem in repetitio:sub num. 296. vers. 35. non defertur,habes per Baldum in d.cap. vltimo de iureiurando, Rolandum in allegato consil.50.num,24. vol. 2. Surdum in citata decisio. 326. num. 93.eundem in consil.168.num.36.Alexandr.in consil.109.nu.16.vol. 4. Ioannem de Selua in

in tract. de iureiurando in 3. parte quæstio. 2. num. 15. Andream Alciatum responsorum lib. 9. responso 60. & Nattam in consil. 666. num. 9.

In casu vero deficientium probationũ ad eiusmodi iuramenti religionem decurrere, non solum congruit; sed etiam, vt in initio considerauimus, necessarium fuit; dum præterea alijs legum positionibus respondere aduertitur, recepta etenim
229 est illa apud omnes conclusio, † quod in his quæ difficilis probationis existunt, etiam qui inhabiles sunt addicendum testimonium admittuntur l. consensu §. super plagij C. de repudijs, cum alijs allegatis per Farinacc. de oppositio. contra personas testium quæst. 62. limitat. 3. nu. 50. & Mynsing. in obseruat. camerali 16. cent. 3. ergo idem dicendum, & multo magis in casu nostro, quod admittendus sit alias de iure inhabilis in propria causa principalis, cum vlterius, quod optimæ sit in loco opinionis, etiam accedat, ac alterius is, testis maioritate adiuuetur, causæque vertentis modicitate subleuetur; de quo satis apud Doctores certatum est ibidem à num. 73. per plures sequentes Farinaccius ostendit; & facit illa vulgata iuris dispositio, quod inopia vbi est probationum admittitur probatio, quę alias non admitteretur l. nè quid §. de his ff. de incendio, ruina, & naufrag. l. quoniam C. de hæreticis, & alij allegatis per Afflictum in cap. si inter dominum in tit. si de inuestit. inter domin. & Vasall. lis oriatur nu. 103. ergò meritò etiam iuramentum; quamuis leuis, & extraordinaria probatio, vti contra titulum, nè quis in sua causa. habes per Nigrum in cap. Regni incip. quod decretam num. 14. Campegium de testibus regula 54. vers. quintò fallit, eundem in Regula 303. vers. sextò, vbi quod, stante probationum difficultate, diuersi generis probationes coniunguntur ex notatis per Butrium in cap. veniens il. 1. de testibus.

Animaduertendum tamen est; quod dum dicitur in casu deficientium probationum patere huic iuramento locum; non quoquo modo deficiant ei locum dandum censum est; † sed ita demum si 230
verisimiliter vel ex factorum, de quibus agitur, qualitate plures non interuenisse, qui viderint, aduerterintque, intelligi possit, vel pro ipsa loci opportunitate, vt per Farinacc. loco citato num. 66. & 67. Mynsinge. in allegata obseruat. 16. num. 2. & 3. & Surdum in d. decisio. 325. vt si in posttribulo, vel in concluso alio, vt puta iudeorum loco, aliquid factum sit, vt per Farinacc. in d. quæstio. 62. limitat. 1. num. 29. Quod si non actu interuenerint; dum hoc partis incuriæ imputandum creditum est, eum vti negligentem, legum, quæ vigilantibus alioquin scriptæ sunt, remedijs minimè iuuari debere responsum est † ad quod, præcor, aduertãt 231
Domini iudicantes; dum indifferenter, non trutinata negocij qualitate, vel eius peractionis loci, nec tempore; quũ vnũ vident testem inductum ad petitum hoc iuramentum semper partem habilitant; nõ introspicientes, quod dum in planicie se nauigare existimant, in per molestas incidunt sirtes, & de prędictis videas apud Rolandum in consilio. 27. num. 8. volum. 3.

Hinc inferri potest; quod vbi de rei valore comprobando ageretur, vt puta frumenti, & similium; quæ in foro venduntur; quia ille multis passim obuiam fit; vtique si quis super eo per vnum testẽ probationem extruxisset, ad eius integrationem, ad hoc nostrum suppletorium tanquam negligens admitti non posset secũdum Alexand. in consil. 160. incip. viso vol. 4. 232

Quod idem, & in famæ comprobatione receptum est; quia cum ea in generali hominum opinione posita sit, testimoniorũ copiam, ad eam comprobandam si insurgere oporteat non deesse planissimũ est. Quare quemadmodũ per vnicum testem ad eam inductum semiplena non efficeretur, minus principalis iuramentum vbi reciperetur ad semiplenam alteram satis esse posset. vt ex his inde restrictionem colligas ad id, quod de vno teste semiplenam inducente supra notatum est, & de prædictis habes per Hippolitum in 233

l. de

l.de minore §.plurium ff. de quæstio. sequitur Ripa in d.l.admonendi num.183
234 † vbi idem de notorio, & consuetudine comprobandis, prædicta ratione supposita; per eum responsum est, & longè antea per Baldum in l.de quibus col.vltima de legibus, & alios plures de more per Mascardum allegatos in consilio.423. nu.21.& 22.cum enim ex temporis diuturnitate actuum frequentia ad eius inductionem supponatur, ac in eandem populi vniuersi tacitus consensus, necessariò pluribus eam notam, ac peruulgatam esse oportet; quod cum ita sit, sequitur, quod si in eius probatione quem deficere contingat, iure à subsidiario hoc remedio excludendus est, & sequitur Decius in consi.215.& consi.538.nu. 11.

Verum licet quod dictum est ex prædictis plurimum comprobetur, regulariter tamen illud obtinere exaudiendum est, nam in duobus casibus cessare supra consideratam rationem facilè conijcere est, ac consequenter patere huic nostro
235 iuramento locum, † si primò non procedere tibi illud effingas in nimium vetusta consuetudine, cum in antiquis pro hominum memoriæ facilitate, famam ipsam; quam certò quandoque scimus semiplena minorem probationem importare, plenè probare communiter Doctores voluerint, & præsertim Innocentius in cap. veniens il 1.de testibus, prout de communi attestatur Iason in l. prætor ait §. prætor ait ff.de edendo, & alij relati per Ma-
236 scardum in conclusio.753. num. 7. † & hoc siuè de modico, siuè de magno præiudicio agatur, iuxta ibidem per eundem allegatos num.8. Atque item hoc non alia ratione; nisi quia probationum, ex inueterata memoria, copia desit; ergò meritò, & in casu nostro ad iuramentum deueniri poterit, iuxta notata in Auth. sed cum testatur C.ad legem falcid. & in l.si arbiter C. de probatio.

237 Secundò verò, & vltimò coangustari potest; vt non procedat, vbi de alterius Ciuitatis consuetudine, probanda ageretur; nam quoad eam; quia in testibus verisimilis caderet ignorantia, vnus testis omni exceptione maior, iuxta supra scripta, ad semiplenam sufficeret, & successiuè principalis ipse medio suo iuramento probationem supplere posset. Dixi de probabili ignorantia quoad testes; quia si principalis eius esset ignarus, in eo ignorantia prædicta non toleraretur; cum, vt in subijciendis constabit, in hoc modo iurare volente dictæ comprobandæ consuetudinis scientia requiratur.

Tandem pro complemento huius re- 238
quisiti dubitari potest de notabili, & pulchra quæstione videlicet quid si quis super suo credito instrumentum aduersus debitorem rogari fecerit; & postea ex aliquo iracundiæ calore illud lacerauerit; num si creditum præstatum à moroso creditore recuperare intendens, non valens probare nisi per vnum testem, ad tale iuramentum recursum habere poterit.

Hanc quæstionem posuit, & plenè examinauit Gerardus de Petrasanta in eius singul.10.incip.tene menti, & quod deferri sibi illud non debeat, ex quo eo casu grauiori onere probationis teneatur, ac pergrauandus sit; ponderauit Baldi particularem decisionem in l. prima in fine per illum textum C. de fide instrumente: † ex quo sui exprobanda culpa, 239
cum satis certam, & plenissimam ex instrumento probationem protenderet, illam ita pessum agendo, perdere voluerit. & sic vnus testis pro eo semiplenam non importabit; vt à supradicta regula aliam exceptionem effingas.

Non tamen defuerunt; qui in oppositum dixerint, lacerationem huiusmodi, vti iracundiæ calore factam, laceranti in hoc obesse non debere; quemadmodum in simili notauit Speculator in titulo de accusationib. in vers. quid si te vocaui & faciunt notata per Tindarum in tract. de testibus cap.10.lib.1. Quare in prædictarum rationum conflictu idem Gerardus dupliciter Baldi decisionem declarari posse existimauit, & quidem primò
† ei ascribendum locum declarauit; vbi 240
proprio motu ductus creditor præfatum instrumentum lacerasset, secus verò si aliorum aliquo graui impulsu, ponderauit

nit Glosam in cap. sunt qui opes 17. quęstio. 4. vel secundò quod ea procedat in scriptura lacerata, quæ vel ex partium conuentione, vel iuris, aut statuti alicuius dispositione de contractus substantia esse perferatur, iuxta notata per Dec. in l. contractus C. de fide instrumento: de quo plenius suo loco dicemus, non autẽ in scriptura, quæ in cæteris, ad rerum gestarum faciliorem probationem fieri solet, vt limitasse, & sensisse Salycetum videre est in l. 1. C. de fide instrumento: quem refert, & sequitur Iason in d. l. admonendi.

Sed ego credo, quod hęc sit nimis gratis restrictio; Nam primo casu retento, nulla subesse, quæ exigitur, dubitandi occasio; cum scripturis probandum sit, & eis deficientibus, grauioribus alijs proba tionibus † eandem tamen in sui generali tate admissam limitabis, vt per eundem 241
Gerardum, vt non procedat in lacerante per furorem, aut alium, quo correptus sit, intolerabilem dolorem, vel quia Afflictis vlterior Afflictio addenda non sit, iuxta notata per Panormit. in cap. 1. in 2. notabili extra de his, qui filios occiderunt, & in l. diuus ff. de officio præsidis; vel quia in illis † nullus remissionis con- 242
sensus argui possit; cum omnia tunc cum furore accenduntur, ignorare intelligantur; iuxta vulgaria.

QVINTI REQVISITI
RERVM SVMMAE.

243 *Animus secundum naturam non fertur, nisi ad aliquod præcognitum.*
244 *Iudex non ex abrupto; sed cum causæ cognitione ad iuramentum hoc decurrere debet.*

REQVISITVM QVINTVM.



Equitur quintum in ordine requisitum; in quo, vt peti, & præstari necessarium hoc iuramentum valeat; quod in causa publicatio facta sit, ac extructarum probationum habita calculatio requiritur; cum non entis nullæ partes esse intelligantur l. eius, qui in prouin
243 cia ff. si cert. petatur. † ac animus secundum naturam nõ feratur nisi in aliquod præcognitum. vti enim quis semiplenam se extruxisse intelligere posset; vt subsidiarium inde remedium hoc quærat; si comportatæ probationes non sunt secundum præstitutum in causis procedendi modum apertæ, & sic per publicationem à iudice faciendam, eadem roboratæ, à partibus successiuè in termino in ea assignari solito præcalendatæ, & ab ipsomet iudicante expensæ? iuxta allegatos per Ebolitanum in Ritu Curiæ 72. num. 3. &
4. vt simul intelligas, † non ex abrupto 244
per eum ad petitam iuramenti huius delationem procedi debere; sed pro tot notatorum exoluenda discussione, cum competenti causæ cognitione; considerando in delatione prædicta solam æquitatem versari; cũ constet ex aperto iuris rigore, actore ipso non probante, non esse alias iudicantis partes, quam in Rei absolutione decernenda l. qui accusare C. de edendo, & alijs supra notatis, vel Reo plenè non excipiente in eundem condemnando. Et sic præoculis, vt dicitur, tunc iudex æquitatem præseferre depræhendetur, cum omnibus existentibus requisitis petenti deferendum illud decernit, eis vero deficientibus, quum ab eo abstinendum

dum putat; nè incautè deferendo, alterius litigatoris damnum palam procurare depræhendatur; prout optimè expendit Afflictus in cap. per successionem nu. 27. de gradibus success. in feudo. Menoch. de arbitrarijs iudicum lib. 2. cent. 2. casu 191. nu. 3. & cent. quinta casu 464. num. 26. & ante eos Glosa inallegata l. in bonæ fidei circa finem, ibi. *Item inspiciat personam Actoris*, vbi Guidon Papa num. 2. Stiaticus in praxi Bononiensi cap. 20. num. 5. & quatuor sequentibus, & per Corneum in consil. 101. num. 12. vol. 1. Quarè summatim concludendo, non nisi publicatione emissa, & didicitis testificatis, iuramenti prædicti petitio ex parte litigatorum considerari potest, ac petitione præmissa ex parte iudicantis delatio, præuia cum æquitate causæ cognitione adiuncta, nec dicas, semper iudicibus apertas esse probationes, & sic ante cognitionem eam haberi posse, nã eum de re præiudiciali agatur contra litigatorem alterum; etiam is super emissa iuramenti petitione euocandus est, & quo se aptè defendat, sibi probationum notitia necessaria est, cum multa ex eis colligi possint, ex quibus non esse ad delationem procedendum monstrari possit sed notitia eã, non nisi publicatione facta, haberi potest, ergò. & faciunt quæ infra latius explicantur in nono requisito; vbi recurrendum.

SESTI REQVISITI

RERVM SVMMAE.

245 IVramentum post didicita testificata ad conclusionem vsque peti potest.

246 An illud post conclusum in causa peti possit, inquiritur.

247 Causæ omnes in Regno sunt summariæ.

248 Per conclusionis actum quis probationibus renunciare dicitur.

249 Post conclusionem non est cognoscere, sed cognitum esse.

250 Paria sunt esse in causa conclusum, & sententiam latam.

251 Iudex quæ æquitatis sunt ex officio, etiam post conclusionem explicare potest.

252 Curare iudex debet, vt acta valeant.

253 In summarijs vti procedatur.

254 Testes ad scripturas concomitandas etiam post conclusum examinari possunt.

255 Quod post conclusionem iuramentum peti non possit, communis sententia est.

256 Consultor sicut in plena defectu non potest Reum condemnare, ita nec illud deferendum esse pronunciare.

257 Iudex ex actis iudicare debet, ad quæ non præstitum iuramentum referri non potest.

258 Non petentis suo tempore suppletorium duplex negligentia exponitur.

259 Iudex quando æquitate dictante suppleere possit, deducitur.

260 Iudex petenti officium suum impartiri debet.

261 In summarijs instantiæ seruandæ sunt.

262 Quo casu testes post conclusum ad concomitantiam induci possint, explicatur.

263 Quæ de nouo emergunt, nouo indigent legum auxilio.

264 Induci post conclusum testes possunt vbi post instrumentum præsentatur.

265 Practica in conclusionum, explicatione

tione pro reseruatione quæ fit.
266 *Hodie ex nouella pragmatica scripturarum præsentatio quousque pateat.*
267 *Quod post conclusum ex officio iuramentum deferri valeat, vbi in iudicio obtemptum refertur.*
268 *Iuramentum ante conclusionem petitum potest quandocunque postea ante sententiam deferri.*
269 *Iuramentum etiam post conclusum peti potest, per beneficiorum tamen petitionem in priuilegiatis.*
270 *Iuramentum etiam, post conclusum peti poterit ex salutaribus clausulis in libello adiectis.*

REQVISITVM SEXTVM.



SExtum sequitur, in quo eiusmodi porrigendę petitionis obtinens instantia enunciatur, † quasi
245
quod à publicatione facta, & testificatorum præcalendatione ea incipiat; atque in occurrentem conclusionem, tanquam in
246 terminum ad quem occidat. † vndè illa non mediocriter controuersa sententia manare depræhenditur; an videlicet post emissam in causa conclusionem tale iuramentum efflagitari permittatur. Et in hoc reuoluẽdo Doctorum scripta; quod etiam post conclusum, & quandocunque ante sententiam huic iuramento locus dari possit, voluit Salycetus in d.l.in bonæ fidei col. vltima Pontanus in d. l. admonendi, & ibidem Lanfrancus col. 19. Panormit. in vulgato cap. vltimo §. fanè de iureiurando num. 15. & Fulgosius in consil. 198. incip. in quæstione col. vlti-
247 ma, & maximè in causis summarijs, † cuiusmodi omnes in regno esse intelliguntur, vt habes per Follerium vltra Lanfrancum in additione ad Marantam in vulgato speculi 9. actu num. 12. & optimè per Barbatiam in consil. 31. num. 8. vol. 2. atque post Annam sing. 283. tutatur eruditissimus Prosper Petra in 3. annotat. ad decis. Cappicij. 35.

Pro quorum sententia considerari potest primo, † quod per conclusionem pro 248
bationibus extruendis renunciatio inducitur, vt per Glosam in cap. cum dilectus vbi Panormitanus de fide instrumento: cum alijs allegatis per Marantam in cõsilio 25. col. 1. & Andream Gayll. in obseruatio. 108. num. 2. lib. 1. † ac proinde 249
subijcitur, post eam non dari cognoscere sed cognitum esse, vt in pragmatica Regni incipiente post conclusionem sub titulo de ordine iudiciorum † vndè, & il- 250
lud pariter placuit adnotari, paria videlicet credi conclusum esse in causa, & sẽtentiam latam, iuxta deducta per Boeriũ decisio. 206. incip. & videtur num. 1. Sed iuramentum hoc inter veras probationũ species non refertur; cum potius, iuxta in præcedentibus scripta, à probandi onere releuationem importare credatur, & latius prosequitur Afflictus in cap. si interdomin. in tit. si de inuestitura interdomin. & vassallum lis oriatur nu. 2. & alijs sequentibus, & in cap. si quis se, vel patrem nu. 22. eod. tit. & Niger in cap. Regni ab illo inchoandum num. 36. ergò, &c.

Præterea, & secundò, hoc ipsum remedium in æquitate, vt supra fundatum est, & iudicis arbitrio remissum. † Sed iudex 251
quæ æquitatis esse intelligit, vel petente, vel cessante parte in quocunque iudicij loco, seu termino, vel actu, & in spetie etiam post conclusum explicare potest, vt in l. vbicunque ff. de interrogato. actio. & faciunt notata in cap. cum Ioannes de fi. de instrumento; ergo pariter, & iuramentum ita in æquitate positum deferre poterit; & faciũt notata per Andream Gayll. in allegata obseruatio. 108. nu. 5.

Tertiò, nè iudicia elusoria fiant, pro eius officij ratione † iudex curare debet, 252
vt acta valeant secũdũ Glos. in c. 1. in verbo de absentia de elect. in 6. & alios allegatos per Paridẽ de puteo in tractatu Syndicatus in verbo iudex c. 2. n. 17. in vers. vbi iudex; Sed nõ deferẽdo iuramẽtũ ex

partis incuria ante conclusionem non petitum; iudicium elusorium efficeretur, ac absolutè inducta semiplena ad nihilum deseruiret, ad quam perficiendam, nè frustra à lege inducta credatur, tale remedium diximus alias institutum; ergò deferri illud posse, re integra ante sententiam, imò debere, videtur necessariò concludendum.

253 Quartò cum in summarijs sola veritate inspecta procedatur, iuxta dispositionem cap. Regni incip. Detestantes, & pragmaticæ dispendia litium sub tit. de ordine iudicio: sequitur, quod cum illud ad veritatis complemētū petatur, quod iure negari non possit. & maximè cum non sit probationum coangustanda facultas vulgata l. quoniam C. de hæreticis. & probauit Cato Saccus in vulgari l. admonendi num. 154.

254 Quintò, & postremò considerari potest; quod si testes ad scripturas concomitandas post conclusionem examinari possunt per textum in cap. series de testibus Rebuffum in tractatu de publicatio. testium num. 7. Crauettam in consil. 65. num. 3. Menoch. de arbitrarijs iudicum quæst. 44. num. 16. & Romanum in singul. 81. ergò etiam, & principalis ad inductam semiplenam concomitandam, & perficiendam medio eius iuramento ad deponendum admitti potest, præsertim nullo in eo subornationis timore supposito iuxta notata per Mascardum in sæpè notata quæst. 9. nu. 23. & 25.

255 Contrariam autem sententiam frequenti practica, & consuetudine vallatam communissimo calculo amplexi sūt Angelus, Iason, Ripa, & alij in d. l. admonendi, practicantes Neapolitani, Bononienses, & Papienses in locis supracitatis, Capicius in decisio. 35. Ebolitanus in Ritu Curiæ 239. Mandellus Albensis in consil. 35. incip. studendo num. 8. Baldus consil. 345. num. 4. circa medium vol. 1. Magonius in decisio. Lucensi 60. num. 19. Felinus in cap. cum dilectus in vers. & post conclusionem num. 5. de fide instrumento. Menoch. d. casu 464. num. 29. Baldus in vulgata l. in bonæ fidei, & alijs penè innumeris dimissis, Franciscus Marcus in decisio. 454. num. 2. Ac pro eorum communi sententia considerari potest, conclusionis terminum, nulla facta protestatione, cum cognitum, eo supposito, præsumatur, omnes factas, seu faciendas probationes, contra negligentes, & quidem duplici negligentia, terminare, ac os omnibus vltra magis probare volentibus claudere, vt in auth. iubemus C. de iudicijs, & in allegato cap. cum Ioānes de fide instrumento.

Ad quod facit præterea, quod subtiliter admodum consuluit Baldus in allegato consil. 246. incip. commissus fuit vol. 2. quod causæ cognitione alicui super transmisso processu commissa, si in eo tantum semiplenè de agentis intentione liqueat; queamadmodum non potest is ex defectu plenæ probationis, quæ exigitur, conuentum Reum condemnare; ita nec suppletorium decernere deferendum quia cum ex actis votare, & decernere debeat † iuramentum prædictum de actis non esse clarissimum est, & consequēter de eo deferendo, tanquam de non cognito, iudicari non potest. l. de quare de iudicijs, & habes in simili casu per Minadoim in eius decisio. 25. num. 5. Quod maximè habere locum intelligendum est; cum ad illud petendum elapsa instantia est. Aduertendo vlterius; quod dixi duplici negligentia, † nam prima est in non cautè agendo, ad quam etiam diligentes, pro causarum modicitate incidere supra notauimus. Secunda verò & exprobanda quidem in non prouidendo in statutis à iure temporibus de excogitato ab eodem iure remedio. Quo casu tam segniter agens, ad illud restitui, æquitate postposita; cum de alterius agatur præiudicio, non debet; nisi persona ad illud decurrens priuilegiata deferatur; Nam ei in casu præsenti per beneficiorum petitionem succurri posse, in tractat. de 1. & 2. beneficio considerat 5. retulimus, vbi videndum.

256 (beside "Ad quod facit præterea")

257 (beside "debeat † iuramentum")

258 (beside "duplici negligentia")

Atque hac ipsa sententia firma remanente, non obstare in contrarium ponderatas rationes facilè studiosius compræhen-

hendet; si consideret primò; quod licet ab onere probationis releuatio quædam iuramentum hoc credatur; nihilominus illud idem probationis spetiem præsefer re crebrius obtinuit; ita referente Menochio in tracta. de præsumptio. lib. 1. præsumptio. 1. nu. 36. habes per Niconitum in cap. quoniam contra de probatio. parte 2. num. 77. & quod sit legitima proba tio ibidem num. 131. & per Ioan. Battistam Ferrettum in rub. extra eod. num. 27. licet num. 24. in contrarium communem extare sententiam attestetur, & Bar batiam in consil. 41. num. 14. vol. 3. ac nos supra ita esse comprobauimus, ergò, &c.

Quoad secundum dici potest, ad æquitatem nequam illum admitti oportere; qui ea in aliorum præiudicium ab vte
259 retur, † & quoad iudicem attinet, in his suppletiuas partes eum interpositurum rectè dicimus, in quibus non principalis supina incuria, sed testium facto obscuritates incidisse, seu superuenisse cognoue rit, atque ita intelligenda erunt notata per Panormit. Felinum, & alios in d. cap. cum Ioannes, & dictum textum in l. vbicunque vel dicas procedere in his, quæ ex officio tractantur; non autem ad partis instantiam, vti in hoc obtinet iuramẽ to, iuxta notata per Glosam, & Angelum de Aretio in l. quod iussit ff. de re iudicata num. 18. Cum alias in contrarium di-
260 catur † iudicem officium suum non petenti impartiri non debere, iuxta textum in cap. bonæ memoriæ, vbi Glosa in verbo curauimus de postulat. prælato. & in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto.

Nec officit tertium; quia verum; sed non indè iure sequitur negligenti parti iudicem consulere debere, & suæ deliberationis illum participem reddere arg. l. pupillus ff. quæ in fraudem credito.

Minus quartum; nam illud etiam verum, sed negatur consequens; quod etiã conclusione facta ad tale iuramentum
261 aditus patefaciendus sit. † nam, & in sum marijs instantias esse seruandas scribentibus non est obscurum; quod prosequitur latissimè Pandus in pragmat. dispendia litium posita sub titulo de ordine iudicio.

Nec tandem quod vltimo loco suggestum est, negocium facit; Nam tunc 262
quidem admitti testium receptionẽ post conclusionem ad concomitantiam notatum est; vbi post eam antea productum instrumentum impugnatum sit; vt per Pa normit. in d. cap. series, quo casu videtur per suggestam impugnationem impugnantis facto à iam facta conclusione re cessum; considerando ex iuris vulgata di spositione, † quod quæ de nouo emergunt; nouò indigent legum auxilio l. 1. in 263
principio ff. de ventre inspiciendo cum similibus. † vel etiam vbi post emissam 264
conclusionem instrumentũ aliquod præsentaretur, cum reseruatione tamen ante conclusionem facta de illud præsentando; quia alias non potuisset, vt per Afflictum in decisio. 272. † Atque hinc sanè 265
descendit; quod inter practicantes assiduo vsu inoleuit ante tamen pragmaticã vt semper in conclusionum terminis dixerint; quod saluæ illis intelligerentur scripturarum præsentationes, iurium allegationes, & necessarij huius nostri iuramenti delatio, vt habes per Paridem de puteo in tracta. Syndicatus in verbo allegationes.

Illud tamen hic omittendum non est; 266
quod hodiè, quantum ad scripturarum præsentationem attinet secus ex Nouessæ pragmaticæ dispositione seruatur; de qua sub titulo de officio sacri Regij Con cilij. Nam, & post conclusum, & etiam causa introducta, & rursus post expedien darum causarum affixam in valuis listam per horas vigintiquatuor, illas præsentari posse indultum est; vt meritò nunc nul lo de prædictis considerato, ad eas concomittandas terminus valeat assignari. quod ipsum cuique mirum videri non debet, cum instrumenta deforis, ac ex longinquis interdum regionibus non sinè expensis plurimis, & angustijs exquirantur, quæ omnia in iuramenti delatione cessant, vt quæ sola principalis iurantis industria nititur; sequitur ergo non esse

ex officio iuramentum prædictum deferendum.
267 † non obstante, quod in imperiali camera fuerit pro contraria sententia pronunciatum; ita referente Andrea de Gayll. loco citato nu. 6.

Sed quid si esset datus terminus ad probandum per omne genus probationum? Dicas hoc casu nè dum ante conclusionem peti illud oportere, sed etiam infra terminum met ad probandum præfixum, iuxta allegata per Angelum in vulgata l. admonendi nu. 4.

268 Ea tamen ita stante, limitatur communiter, vt si petitum ante conclusionem illud fuerit, post eam, & quandocunque ante sententiam deferri possit, vt per Capicium in vulgata decisio. 35. Ebolitanū in d. Ritu 239. num. 5. Stiaticum in d. cap 20. num. 24. Corneum in dicto consil. 135. num. 38. Mandellum in consil. 35. num. 8. Magonium in allegata Luccensi num. 19. & 20. Marantam in dicto nono Actu num. 10. & alios passim legentes in vulgata l. admonēdi protestatioenim hoc casu loco facta iudicis officium interpellasse creditur, & consequenter partis firmasse intentionem, & habes per Mynsinge. in obseruat. Camerali 17. num. 3. centuria 3.

Limitari, & secūdo potest, vt non pro 269
cedat quoad habentes restitutionis remedium; Nam & in obtento beneficio, & si post conclusionem res agatur, citra pænę per Regiam pragmaticam statutæ incursum, illud peti, & præstari potest, vt habes in tract. de 1. & 2. beneficio considerat. 5. nu. 94.

Limitari potest; & tertio, vt etiam post 270
conclusum peti possit, si in libello fuerit inserta illa clausula salutaris deducens, &c. omni meliori modo, &c. de quo dic, vt infra in sequenti requisito.

SEPTIMI REQVISITI

RERVM SVMMAE.

271 *Quod ad iuramenti delationē partis petitio non exigatur qui senserint.*

272 *A proportionabilibus validum est deductum argumentum.*

273 *Quod ad delationem necessaria sit partis petitio, communis dictat sententia.*

274 *Onus probandi ei incumbit, qui allegat.*

275 *Nè dum delicta puniri, sed innocentes defendi, reipublicæ interest.*

276 *Iudex ad tutandam innocentiam etiam post sententiam inquirere debet.*

277 *Aequitas adhuc suis terminis concludenda.*

278 *Leges vigilantibus scriptæ.*

279 *Iuramentum hoc non interpositum non dicitur de actis.*

280 *Proportio quæ sit inter iuramentū, & torturam.*

281 *Diuersitatis ratio omnem proportionem tollit.*

282 *Iudicis officium in Regno ordinariū remedium effectum est.*

283 *Ratio cur in persequendis criminibus ex officio procedatur.*

284 *Quod ex salutari clausula post conclusum iuramentum peti valeat rursus.*

285 *Præfata sententia reicitur.*

286 *Suppletorium hoc sub qua forma petendum sit, discutitur.*

287 *Stiaticus Bononiensis venusini nostri formulam vti damnet.*

288 *Vti is ab eius impugnatione retrahendus sit, subijcitur.*

289 *Clausulæ salutaris, omni meliori modo, effectus quis sit.*

290 *Quo casu Stiatici impugnatio sustineri possit, subijcitur.*

Reici-

291 *Reicitur, vbi quod iuramenti petitio plenæ probationi factæ non derogat.*

292 *Sicut enunciatio semiplena non derogat probationi illam excedenti.*

REQVISITVM SEPTIMVM.



Sequitur septimum requisitum; quod non modicè supra relatam communem sententiam iuuare spectatur; dum ad delationem iuramenti præfati necessariam esse partis petitionē enunciat. At si perspicacius scribentium commentaria attendantur, & ipsum con
271 trouersia non vacare comperiemus, † cū eius contrarium multi amplexi fuerint, inter quos Afflictum id tenentem reperi in cap. si fuerit contentio in tit. de contentio. inter Domin. & Vassallum sub nu. 15. Bald. in l. actor in principio C. de probatio. & in l. accusatoribus col. vltima C. de accusatio. Antonium de Butrio in ca. 1. de iudicijs, vbi idem Imola, Lusitanū Valascum in consultatione 43. incip. quæsitus num. 19. & alios plures. Mouētur omnes ex iuribus in d. l. vbicunque & d. cap. cū Ioannes, ac per textū in cap. per tuas de testibus, & in l. generaliter §. 1. C. de rebus creditis, sequitur Maranta in speculi 4. parte distinctio. 9. num. 29. & Alexander in consil. 53. incip. in causa vertente num. 6. vol. 1.

Præterea dicitur, quod hoc remediū datur à lege, Sed eius minister ius dicens creditur l. 2. §. post originem ff. de origine iuris, ergò, & pro eius arbitrio illud, etiam parte non petente, deferre potest.

Tertiò, & postremò alijs omissis, considerari potest; quod quemadmodum se habet tortura in causis criminum; ita & iuramentum hoc necessarium in cæteris ciuilibus negocijs, † vt à proportionabilibus interdū argumētū deducamus; quod 272
in iure probari non est obscurū l. filiusfamilias, vbi Glosa, & Bald. hoc notarunt ff. si cert. petat. & in l. de quibus ff. de legibus & aliquid per Cātiunculā in sua legali topica in loco à simili in eius 35. specie. At sic est; quod Tortura ipsa indicijs existentibus, etiam si pars non petat Reo infligitur, ergò, & pari ratione semiplena supposita, iuramentum in ciuilibus controuersijs si modo ita iudici videatur parte etiā non petente deferri poterit; atque ita seruari in imperiali camera retulit Andreas Gayll. in allegata obseruat. 108. num. 8.

Quicquid tamen sit, quod in iuramenti prædicti delatione necessariò partis, cu 273
ius interest, petitio præcedere debeat, cōmuniter placitum est, & præsertim Glosatori, & Bartolo in d. l. admonendi quæstio. 2. Iasoni ibidem in repetitio. num. 316. & Angelo num. 4. Addenti post Io: Andream in vulgato cap. vltimo de iure iurando, Mascardo in conclusio. 957. nu. 46. Practicantibus Bononiensibus in d. cap. 20. num. 18. & 26. Vincentinis lib. 4 in citato titulo de iuramento suppletiuo Curtio Iuniori de veritate disputanti in d. l. admonendi num. 75. atque ibidem Baldo, sibi contrario in penultima col. Capicio in vulgata decisio. 35. Doctissimo Vincentio de Anna in suo singul. 282. Menochio in vulgato casu 464. nu. 28. & alijs innumeris. & primò pro eis pondero coloratam rationem, quod cum in antedictis necessarium hoc iuramentum subsidiarium esse probatum sit; verè, & secundum eius naturam proloqui oportet non nisi implorantibus illud impartiri debere; & maximè in negotijs priuatam vtilitatem importantibus; vt in casu nostro; ergo meritò petitio necessaria est; quia vt in ore est omnium, officium suum iudex non petenti impartiri non debeat, vulgata l. 4. §. hoc aūt iudicium, & facit textus in l. 1. §. magistratibus ff. de magistrat. conueniendis; quem in hoc expendit Angelus ibidem in d. num. 4. Facit in simili, quod licet relegatis temporis

poris aliquod interuallum ad suas res cō ponendas assignari à iudice possit; iuxta textum in l.relegatorum §. qui relegantur, vbi Glosa ff.de interdictis,& relegatis; illud tamen verbum necessitatem inducit ex parte iudicantis, cum omnino concedi debeat, vt per Glosam,& Bartolum in l.1.ff.de iurisdictio.omnium iudicum,& alios allegatos per Dom.de Franchis in decisio.487.num.2. 3. & 4. hoc tamen intelligi debet; si modo illud petatur; cum priuatam eorum vtilitatem respiciat, vt per Glosam, & Iasonem in l. vniuersa C.de precibus imperatori offerendis, & alios cumulatos per Dom. de Franchis loco citato num. 9. ergò idem, & in casu nostro, cuius rei alia multa similia, vbi exigas, prosequi poteris, vt per Surdum in decisio. Mantua.57.col.1.D. Vincent. Annium in allegatio. 77. num. 10. & quid de fideiussione à lege requisita cum actus nullitate voluit Glosa vltima in l.vniuersa C.de precibus imperatori offerendis,& quæ notantur per Iasonem in l.2. super glosa in verbo volenti C.de iure emphiteut. Roland. in consil. 81.num.5.& 6.vol.3.& Cefalum in consil. 454. num. 43. & in casu moratoriæ per Carauit.in Ritu 297.in 3.nota & in Ritu 295.nu. 11.

274 Præterea onus probandi propriam intentionem, ipsam deducenti litigatori incumbit l. 2.ff.de probatio. & cap. vltimo 6.quæstio.5.atque iudici ipsi probandum est l. quinquaginta ff. eod. tit. Sed hoc iuramentum in probationis locum subrogatur; vt in præcedentibus, ergò ab indigenti,& per illud probare volenti ipsum petendum est. Nec dicatur in criminalibus secus esse; cum ad reorum innocentiam inquirendam ipsum met iudicantem insurgere debere rescriptum sit, iuxta allegata per Capicium in decisio. 81. Nam responderi potest, ex illis ad casum nostrum, diuersa ratione supposita,
275 argumentum deduci non posse, † in criminibus siquidem persequendis quemadmodum Reipublicæ interesse putatur delicta puniri l. ita vulneratus ff. ad leg. aquil. ita pariter innocentes defendi; & sic vtrunque æquè ad iudicantem deferri oportet, † vt meritò propterea etiam 276
post sententiam de eorum iuribus se iudicem informare debere, subiunctum fuerit, vt ibi per eum, & cumulatissimè per Farinacc.quęstio.80.oppositio.37.num. 63.& 64.& sequentibus, Sebastianum de Neapoli in vulgato cap.Regni ab illo inchoandum num.45.& dixi plenè in 1.parte considerat.2. num. 130. & duobus sequentibus.

Et tenendo istam partem ita communiter receptam, parum obstare in contrarium adducta deprætendes, si mecum vna discurras non obstare primum, † si 277
dixeris æquitatem adhuc suis terminis concludi, & sanè quoad iura prædicta, eorum rationem esse diuersam supra ostendimus, vt meritò ex illis ad rem præsentem nō probetur illatio l. Papinianus exuli ff. de minoribus.

Quoad secundum dicendum; verum esse à lege fuisse excogitatum remedium tamen quia in subsidium datū est, iuxta eius qualitatem concedendum videtur: At sic est; quod petenti subueniri præscriptum est, † quia vigilantibus leges scri- 278
ptæ sint, l. pupillus ff. quæ in fraud. credito; ergo petenti, & vigilanti illud tribuendum.

Facit etiam quod supra ex Baldo notauimus, † iuramentum istud videlicet 279
ad acta non pertinere, cum interpositum non est, ergo ad illud iudicis non requisitum officium minimè protrahendum.

Quoad tertium verò,& vltimum; di- 280
cas considerari proportionem ponderatam quantum ad subordinationem; quia vti ex semiplena ad suppletorium, ita ex indicijs ad purgatiuum torturæ indiciū infertur, & deuenitur, ac etiam in subsidium, vti & ad iuramentū, vt habes plenè apud Paridem de puteo in tract. Syndicatus in verbo Tortus cap.1.n.22. At quod in petitione quoque aliqua sit proportio deducenda, sanè non congruit, cum diuersa penitus in vtroque ratio subesse intelligatur † quæ vbi viget, proportionem 281
omnem intercipit, & tollit. Diuersitas quidem est, vt supra; quod in ciuilibus pri-

priuata vtilitas, in criminalibus vero,& propriè in illis casibus, in quibus Torturæ rigoroso examini locus præscriptus est, publica, quæ inpuniendis sceleribus vertitur, introspicitur altera: vt meritò
282 parte ipsa per incuriam; aut ex quouis alio intermittente, † alterum æquè ordinarium, iudicis nempè officium in Regno ordinatum sit; quo in causis ad publicam vindictam, pro facinorum quali-
283 tate, factè proceditur, † vt indè publicus populorum status pro omnium commodo, ad Regnantis laudem, & summi Dei, qui eos regnare permittit, gloriam, diutius conseruetur. Remanet igitur ex his satis firmata, quæ communis à nobis præcitata sententia est.
284 Verum ea hoc modo firmata coangustanda est secundum multorum sententiam, vt non procedat, si in libello fuerit salutaris illa clausula, cuius supra meminimus, adiecta videlicet, *petens super omnibus, & singulis sibi ius, & iustitiam ministrari, isto, & omni modo meliori, &c.* nam tunc eius adhibitione, omne ad causam conducens iuris remedium petijsse videtur; & consequenter hoc ad sui coadiuuandam intentionem apprimè necessarium iuramentum, vti ad semiplenas probationes supplendas excogitatum. Quam sententiam secutus fuit Alexander in consil. 91. num. 2. vol. 5. Riminaldus Iunior in consilio 211. num. 18. Decius in consil. 252. num. 3. Sciaticus in d. cap. 20. sub num. 26. Gozadinus in consil. 94. num. 34. & Andreas Gayll. in d. obseruatio. 108. nu. 7. & de virtute clausulæ prædictæ latè habes per Magonium in decisio. Luccensi 96. incip. post mortem in littera A. & in decisio. 61. incip. agebat in littera B. Secuntur Alij allegati per Cottam in memoriali. incip. iuramentum in supplementum in fine, Abbas in cap. vltimo de iureiurando, & Alij allegati per Barzium in decisio. Bononiensi 50. num. 24. & maximè in summarijs causis, in quibus sola facti veritate inspecta proceditur, vt ibidem per Barzium num. 23. & alios allegatos per Mascardum loco citato num. 48. † Nisi dixeris
285

Tu ex ea nimis generalem esse, & remotam interpellationem, quare in occurrenti casu iterum illud in spetie peti debere iure concludi potest, quod & antiqua praxi receptum dignoscitur, cum plusquam] assiduè petatur.

Pro coronide verò, & illud omittendum non est; quod nè dum petendum fore tale iuramentum inter scribentes conuenit; sed etiam sub qua forma illud petendum sit latius discussum; Nam Venusinus noster in sæpè citato nono actu nu. 10. ita petentis explicandam intentionē duxit, dum inquit. *vndè practica communis est.* quod facta publicatione compareat litigator; & dicat qualiter credit ex processatis plenè intentionem suam probasse ita quod debet victoriam reportare; si tamen eum semiplenè probasse contingerit; petit sibi suppletorium iuramentum deferri. † Sciaticus tamen in eius praxi in allegato cap. 20. num. 32. hanc petitionis formulam defectiuam pronunciauit; & proindè suppletione aliqua indigere; considerando; quod etiam si sit plusquam semiplenè probatum; vt & nos supra notauimus; iuramento præfato locus esse potest. propterea subicit addi debere; aut plusquam semiplenè; atque ita, & taliter, quod sibi æquum videatur, & non immeritò, cum & ex præsumptionibus posse iudicē ad eius delationem moueri, pariter in præmissis deduxerimus.
286
287

Tu verò si placet, dicas in formula iam posita nullum adesse defectum vel quia quæ consideratur semiplena, terminus, & meta quædam intelligatur; quam metiri iudex in iuramenti præfati delatione compellitur; vel quia semper in petitione cum salutari illa clausula concluditur, omni meliori modo &c. † per quā omne ius in eo deferendo consideratum vel in ipso actu deductum censetur, atque ad illud decernendum iudicantis excitatur officium: & habes per Baldum in l. 1. ff. de iureiurando, & Salicet. in d. l. admonendi. 288
289

Nec obstat, quod diximus, ex præsumptionibus, & sic minori fortasse semiplena requisita, probatione supposita, ad illud

lud Iudicem conuolare posse: Nam eo casu pro integra semiplena illas sibi occurrentes præsumptiones habere censetur.

290 Verum in particulari casu Stiatici supletionem admittendam existimarem; vbi videlicet de causa aliquantulum magna controuersia esset, quo casu plusquam semiplenam exigi, supra deduximus.

291 Nisi tu ex alio id ipsum conuellas; quia videlicet quemadmodum ex iuramenti petitione, quod probationum defectum adesse astruere videtur, si plenè probatum pro veritate sit, eiusmodi realiter præexistenti probationi non derogat, vti ex Baldi doctrina in allegato cap 2. de probationibus Stiaticus ipse loco eodem num. 19. considerat. † ita nec per semiplenæ enunciationem realiter illam 292 excedenti alteri præiudicium aliquod infertur; & tanto magis illis salutaribus clausulis præexistentibus, de quibus supra. Sed contraria opinio ab eius auctobus fuit ampliata, vt deferri possit, etiam post conclusionem factam, iuxta latè deducta per Catonem Saccum in vulgata l. Admonendi num. 150.

OCTAVI REQVISITI

RERVM SVMMAE.

293 IN iurare hoc modo volente, eius, de quo agitur, notitia, vti in teste, exigitur.

294 Hæredi eiusmodi iuramentum non defertur, & cur.

295 Ita pariter nec hæredis filio.

296 Iuramentum defuncto deferri mandatum, si delatum non sit, non defertur hæredi.

297 Iuramenti exoluendi facultas ad hæredem non transit.

298 Fallit in hærede in defuncti negocijs instructo.

299 Non tamen sufficeret, si de credulitate attestaretur.

300 In scheda alicuius Notarij comprobatione, potest illud hæredi deferri, & quando.

301 Ita, & pari ratione alteri cuiuis interesse prætendenti.

302 Successori in dignitate, si modo instructus sit, illud deferri potest.

303 Baiulationis Curiæ Capuanæ extollitur amplitudo.

304 In iurante non sufficit notitia habita per confessionem partis.

305 Si defunctus se huic iuramento obtulerit, & iudicis facto fuerit impeditus, an hæres subire possit?

306 Per procuratorem hoc iuramentum præstari non potest.

307 Testis per procuratorem non potest iurare, neque deponere.

308 Supradicta conclusio non procedit in procuratore Domino litis effecto.

309 Secundo neque in spetiale mandatum habente, & per corporis sensum instructo.

310 Iustius iudex facere intelligeretur si legaliori principali hoc iuramentum deferat.

311 In quibus casibus procurator cum spetiali ad iurandum admittatur, & in cuius animam iuret.

312 Procurator cum spetiali mandato de calumnia iurare potest.

313 Tutores, Curatores, & alij similes sinè spetiali admitti, constat.

RE-

REQVISITVM OCTAVVM.



QVANTVM ad octauum; quia in præcedentibus hoc modo iurantem ferè per omnia testibus respondere admonuimus,
293 † propterea in eo; vti,& in testibus,eius,de quo agitur notitia,ac super quo iurare contenditur, quæ aliquo corporis sensu eidem congruenti regatur,necessariò exigitur. Vnde generaliter definitum est; ignorantem factum, de quo tractatur ad illud admitti non debere,iuxta Glosatoris, & Bartoli tradditionem in vulgari l. admonendi in verbo exacto; Curtium sub num. 69. Iasonem num.259.Ripam num.84. Eundem Glosatorem, Ioan. Fabrum, Guidonem Papam,& cæteros in d. l. in bonæ fidei Marantam in d. actu nono num.5. Modernos de modo articulandi in Glosæ vnicæ §. 2. num. 935. Crauettam in consil. 369. num.4.consil.452.num.6,& consil.487. num.4.Grozadinum in d.consil. 11.num. 19. Marianum Socinum in cap. innotuit de maledicis num.6. & Menoch. in vulgato casu 190.nu.5.

294 Hinc in spetie illud notatum est,hæredi illud deferri non debere,vt per Doctores in antecitatis locis,& vltra magis per Alexand.in consil.29.num.9.vol.5.Tiraquellū in retractu Gentilitio.§.2.in Glosa 2.num.5.& in tracta.de præscriptio. §. item 2.in Glosa vnica in principio,Paridem de puteo in tracta. de reassumptio. instrumento.Rub.19.num.50.Mynsing. in obseruat. Camerali 13. incip. in iuramenti delatione cent. 1. & Rolandum in
295 suo consil. 52. num. 1.vol.1.† & magis vltra ibi,quod nec filio hæredis num. 9. & ratio fundamentalis est; quod cum in testatoris gesta incidant; quæ quoad eos aliena facta intelliguntur, ex iuris præsumptione nullam ipsi legitimam cognitionem habere præsumantur,vt in l. generaliter C.de iureiurando,in l.qui in alterius ff. de reg. iuris,& in l.si sterilis §.1. ff.de actio.empti,habetur per Bald. in d. l.in bonæ fidei,Menoch. loco antecitato num.6. Afflictum in cap. si inter Dominum sub num. 9. in titulo si de inuestit. inter Domin.& Vasall.fuerit controuersia,Crauettam in consil.157. in fine Surdum in consil. 24. num. 15. Eundem in consil.73. nu. 41. consil. 109.& consil. 147. num. 14. Anceps enim non debet ad periurium inuitari ex decisione Baldi in cap.1.si de inuestit.inter Domin.& Vasall.his, oriat.in verbo successoribus, & habes per Nattam in consil. 203. nu. 15. vbi rationem subicit, & Surdum in consil. 133.num.74.

Quæ conclusio sic posita ampliatur, 296
vt procedat, etiam si tale iuramentum fuerit defuncto in pendenti causa per iudicis interlocutionem deferri mādatum, sed non tamen eidem ob mortis præuentionem cum effectu delatum extiterit. † 297
Nam dicti iuramenti exsoluendi facultas ad hæredem nequaquam transmissa ex præmissis intelligi potest.vt habes per Mynsingerium in allegata obseruat.13.

Verum ea ita ampliata coangustanda 298
modo est,vt non procedat in hærede;qui benè in defuncti negocijs instructus sit. aduertendo tamen quod non sufficeret in eo per famam instructio conquisita; cum per congruentem aliquem corporis sensum compaginatam eam esse oporteat,vt in antedictis, & habes per Alex. in consil.71.incip. Clarissimè. num. 13. volum.3.& Roland.in d.consil.52.num. 3.At si in negocijs olim à Testatore gestis se interfuisse attestaretur,& in spetie in negocio,de quo agitur,vtique admitti ad iurandum posset,vt ibi per Alexād. Menoch.in d.casu 190.num. 9. Petrum Ancharan.in quæstio.familia.55. incip. inter hæredem lib.1.num.8. Paridem in allegata Rub.19.num.50. Rolandum in d.consil.52.num.11. Afflictum in decis. 169.num.8.plenè per eundem loco citato num.3.& in cap.si quis se, vel patrem num.23.eod.tit. Baldum in consil. 401.

in fine vol. 3. Nattam in d.consil. 203.& Bauerium in tracta.de virtute iuramenti quæstio.45.num.63.& 64.& Tiraquell. de vtroque retract.tit.1.§.1.glosa 2. nu. 9.& alios relatos per Bruno. in compendio in vers. facultas probandi per iuramentum.

299 Aduertendo præterea, vt ibidem per Paridem, quod non sufficeret, si de credulitate attestaretur; quod quandoque

300 in teste toleratur, & loquitur † is in casu schedæ alicuius Notarij mortui comprobandæ, vbi iudex etiam, & testes mortui essent. & sic quod facta semiplena probatione per deductionem legalitatis Notarij, & eius rogatarum scripturarum visu receptionem, si hæres ipse stipulationi Schedæ præfatæ interfuit, ad iurandum, alijs accedentibus, de quibus supra, &

301 infra, benè admitti poterit, † quod & in quouis alio tertio interesse cuius poterit locum sibi vindicare posse subiunxit, & iure quidem, vbi præexposita ratio subsit.

302 Idem principaliter, & de successore aliquo in aliqua dignitate, vel officio cõcludi posse ex Menochio petas in d.casu 190. vbi in Abbatissa ponit exemplum; Tu tamen ad complementum Afflictum adire poteris in d.decis.169 nu.9.

Sed hic loco quæri potest; prout in facto accidit in Curia causarum Ciuilium Baiulationis huius Fidelissimæ Ciuitatis Capuæ, † quæ nulli extra Neapo-

303 litanas in Ciuilium causarum frequentia, & grauitate cedit, prout, & alibi memini. Nunquid videlicet in iurare hoc modo petente satis sit notitia; quæ ex partis confessione extraiudiciali habere tur? Et certè tunc dictæ Curiæ Præsidens nulla in iure animaduersione habita, prout res exigebat; quamuis, & per intermediam personam illud sibi significassem, suo confisus iudicio; quod legibus non munitum temerarium in nostro tract. de iudice Regni ostendimus Dialogo 1. pro affirmatiua ex templo interloquendum putauit, atque iuxta partis desiderium, eam ad iurandum admisit; † non animad-

304 uertens per multas auctoritates contrarium firmasse Rolandum in supra allegato consil. 52. num. 4. 5. & 8.& Petrum Surdum in consil. 449. num. 2. vol. 3. Quarè concludendo, quæ exigitur notitia maximè per visionis, & auditionis sensus; quia eis multò amplius rerum differentiæ secernantur, comparari existimatur; licet quandoque ex rerum qualitate, ad gustum, vel odoratum, vel tactum descendere, & secundum eos vltra magis attestari necesse sit; de quo iudeas per Caualcan. in decis. 13. nu. 30.

Sed rursus à prædictis non discedendo, quæri potest, quid iuris dicendum 305 sit; si delatum alicui principali eiusmodi nostrum iuramentum fuerit, & se ad iurandum coram iudice in iudicij loco obtulerit, & ex aliquo vel Notarij examinare debentis, vel iudicis incidenti facto illud persoluere non potuerit; vndè recedens in febrim incidendo, aut aliud violentum, quod absit, è vita migrauerit; num hoc casu eius heres, stante iuramenti prædicti deliberata præstatione ad illud realiter præstandum admitti poterit? Sanè vbi supra scripta de iuramento non transferendo attendamus; iam firmari pro negatiua sententia conclusio posset; nisi iuramentum eiusmodi in effectu casu pro interposito habendum esse imperialis Cameræ auctoritas suaderet; dum pro interposito illud habuisse eò loco Mynsing. refert; & sequitur Menochius in d.casu 190. sub num. 11. Tu autem cogitare poteris; quia non in terminis necessarij iuramenti loqui dignoscitur, sed decisorij; quod per procuratorem speciali mandato constitutum, & munitum præstari posse certum est; & ibidem à Mynsingerio supponitur; Hic verò nulla consideratur, quæ exigitur notitia; quare iurare non poterit, vt per Glosam in l. maritus ff. de quæstio.

Hinc etiam pro coronide; quia de 306 procuratore iurante memoratum est; in spetie quæri potest; num & per procuratorem hoc nostrum iuramentum præstari valeat? Et secundum antedicta quod non possit, videtur quæstio in expedito esse; Nam ad necessarium hoc iuramentum admittendus loco testis habeatur, vt

supra

307 supra est animaduersum † sed verum est per procuratorem quem vti testem neque iruare, neque deponere posse, vt per Bartol. in l. qui bona §. si alieno col. vltima ff. de damno infecto; quem refert, & sequitur Curtius Iunior in vulgata l. ad admonendi sub nu. 69. in fine, Stiaticus in d. cap. 20. num. 34. habetur plenè per Crottum de testibus parte 9. num. 26. vbi contrarijs respondet, ac fusius rationem pandit, Balduin in Rub. de iureiurando, Butrium in cap licet de testibus, Cardinalem Zibarellam in cap. cum clamor §. testimonium num. 33. eod. tit. & alios relatos per Bossium in tracta. de testibus in titulo de oppositio. contra testes num. 87. & de ratione latius dixi supra in pri parte considerat. 6. num. 20. vbi videndum, & per Turrecrema. in cap. relatum 5. quæstio. 2. num. 1. ergo à primo ad vltimum neque præmisso per eundem iurare permittendum est.

308 Hæc tamen ita firmata conclusio duplici in casu per scribentes coangustatur & primò, vt non procedat in procuratore per contestationem cum ipso factam Domino litis effecto; qui finè causa reuocari non potest, vt in l. ante diem cum l. sequenti C. de procurato. Dummodo tamen iuxta præmissa, per aliquem corporis sensum de re ipsa quo quo modo notitiam habere deprahendatur, vt per Corneum in consil. 21. num. 13. volum. 2. & Stiaticum loco allegato sub num. 34. & 35. alias enim pro sciente nunquam iuramentum prædictum per alium præstari posset, iuxta notata in cap. statutum de rescriptis in 6. etiam si speciale mandatum intercedat, vt in sequenti restrictione. vndè semper posset dici, & opponi, quod principalis iurare debeat, tanquam legalior, iuxta communem practicam.

Secundò verò limitatur, vt non procedat in procuratore ad id speciale mandatum præseferente, & benè per aliquē corporis sensum edocto; Nam tunc iure admitti ad iurandum posset, vt per Stiaticum loco proximè allegato num. 36. † 309
vbi iustius iudicem facturum subicit si principali ipsi tanquam melius informato tale iuramentum deferre procuret. vide per eum. 310

In quibus aũt casibus procurator pro suo principali ad iurãdũ cũ speciali mãdato admittatur; & in cuius animã, vbi ad iurandũ perducendus sit, iurare debeat, vide per Afflictum in c. omnes filij n. 40. in titulo si de feudo fuerit controuer. inter Domin. & agnat. vbi de iuramento fidelitatis loquitur, & Ioan. Antonium Rubeum in tracta. de potesta. procurato. parte prima num. 281. † vbi de iuramento calumniæ quod fit cum speciali mandato, & latissimè per Modernos in tract. de iuramento calumniæ cap. 15. ac de eodem, & iuramento pariter fidelitatis per Andream Gayll. in obseruatio. 83. nu. 1. & 2. lib. 1. † licet Tutores, Curatores, & alij similes sine speciali mandato admittantur, vt per Mynsinge. in obseruat. Camerali 26. in fine cent. 2. 311 312 313

NONI REQVISITI

RERVM SVMMAE.

314 *AD nostri iuramenti explicationem pars altera, nisi præsens sit, citanda est.*

315 *Pars ad videndum iuramenta testium duplici de ratione citari debet.*

316 *Testes parte non citata examinati nullatenus probant.*

317 *In testium examine, & iuramenti delatione pars debet esse præsens vel contumaciter absens.*

318 *An debeat citari personaliter inqui-*

quiritur.

319 *Communi iure personaliter citari debebat.*

320 *Vera contumacia per citationem in personam executa contrahitur.*

321 *Quo casu communi iure domi citatio permitteretur.*

322 *Regni iure sufficit principaliter domi facta.*

323 *Etiam elapso anni circulo, ad proferendam foriudicationis sententiam.*

324 *Citatio ad defensionem pertinet, ac sine nullitate omitti non potest.*

325 *Num generali citatione ad causam vocatus debeat denuò ad iuramentum hoc citari?*

326 *Contra summonitum generali citatione quilibet praiudicialis actus fieri potest.*

327 *Eadem supposita vsque ad sententiam inclusiuè, non exigitur alia ad sententiam citatio.*

328 *Vti in teste, vltra eius habilitatem exigitur quod sit ritè examinatus, ita & in ipso hoc modo iurare volente.*

REQVISITVM NONVM.

314 Equitur nonum requisitum; secundum quod in iuramenti præfati explicatione citādam ex aduerso partem esse cauetur, non secus ob datam exequationem, ac in aliorum testiū examine receptum est; nisi tamen præsens esset, vt in l. de vnoquoque ff. de re iudicata, & per Andream Gayll. in obseruat. Camerali 109. num. 3. lib. 1. Tesfaurum optimè examinantem in sua decisione Pedemont. 68. quem adeas cum alijs allegatis per Farinac. de oppositio. contra testium examen quæst. 72. cap. 1. num. 75. † & quidem quoad testes attinet, duplici ratione, & sic partim, vt quis 315
ad futuram repulsam necessariam protestationem, regulariter tamen emittere possit, iuxta considerata suo loco in prima parte partim etiam ad excludendam examinatoris iniquitatem; qui semper data partis absentia, posset non iuratum testem examinare; atque ita in casu nostro ipsum met attestantem principalem, & penitus veritatem excludere, vt habes apud Nicolaum Lescut in tract. de testiū examine vers. porrò, & prodest. in tractatuum Tomo 4. fol. 233. † Alias enim par 316
te non citata examinati nullatenus probarent, iuxta latissimè deducta per Farinacc. de opposit. contra examen allegata quæstio. 72. cap. 1. vbi quid in criminalibus cap. 2. & sunt iura in l. si quando C. de testibus in cap. 2. vbi Abbas, & Felinus eod. titulo, habes per Bartol. in alleg. l. maritus ff. de quæstio. Felin. in cap. cum dilectus col. 9. de accusat. & in l. iudices C. de fide instrumento. per Surd. in consil. 441. num. 8. vol. 3. Campegium in Reg. 379. & Mascard. in conclusio. 1372
† quarè in vtroque casu vel pars debet 317
esse præsens, vel contumaciter absens, adhoc, vt legitimè explicatus actus exaudiatur, vt per Paridem de Puteo in tract. Syndic. in verbo officialis sub num. 5. Capicium in vulgata decisio. 35. Angelum in d. l. in bonæ fidei, Hippolit. in sæpè citata l. maritus col. 4. Stiaticum loco citato nu. 10. Papiensem in vulgato verbo iurisiurandi Follerium in additio. ad Marantam in vulgato nono actu num. 11. per Glosam, & eundem Angelum in l. certum §. si quis absente num. 4. ff. de confessis, alia plura notata per Tiraquellum in tracta. de præscript. in Glosa 8. §. 1. in fine, & Anto. Nicellum in tract. de concord. Glosarum num. 352. & 363. Adde Frezzam de præsentat. instrum. parte 16. quæstio. 2. num. 9. Bernard. Roccam in d. suæ praxis lib. 4. in titulo de iuram. suppletiuo, Corneum in consil. 34. num. 3. vol. 2. Bald. in consil. 280. num. 6. vol. 1. Cornazzan. in decisio. 124. nu. 6. Vestrium in suæ praxis lib. 7. in Rub.
de

de calculo ferendæ sententiæ num. 10. Menoch.in d.casu 464 num.27. plenissimè per Farinacc.in allegata quæstio.72. in princip. Addo Cottam in memorali incip. iuramentum in supplementum. Alias enim haberentur pro non iuratis l.qui per salutem ff.de iureiurando,& in clement.testibus de testibus,vndè neque probarent l.iurisiurandi,& in l.solam C. de testibus. Et quod non possit deferri suppletorium deduxit Andreas Alferius in consil. 26. à num. 31. inter consiliera criminal.diuerso.Tomo 1. & Petrus Rauennas in singul. 419. ex Baldo in cap. 1.de controuers. inuestituræ.

Limitatur tamen supradicta conclusio,vt non procedat in iuramento, quod ex partis voluntate deferretur;quia tunc citatio non requireretur, iuxta Bartoli doctrinam in l.Theopomdus num. 9. ff. de dote prælegata, sequitur Couarruuias lib.2.varia.resolutio. cap. 13. num. 5.Menoch.in consil.217.num.36.& Tesaurus in decisio.Pedemont.68. vbi contrarijs respondet.

318 At ad item redeundo, num in personã relassanda erit citatio, an verò sufficiat ad domum transmissa,& intimata?Dicas iure quidem communi personaliter ad talem actum ex aduerso principalem citandum esse, † cum personaliter,& ad testiũ

319 iuramenta videndum eum citari debere notatum sit per Bouerium in singular.

320 suis in verbo testis num.58. † ex quo nõ ficta, sed vera contumacia requiratur, iuxta notata in auth. si quis testibus C.

321 de testibus, † intelligendo tamen si cum diligenti aliqua perquisitione à Nuncio facienda personaliter valeat comperiri, cap.causam quæ de dolo:& contumacia & per Docto.in l.4.§. prætor ff. de damno infecto,& in l.consentaneum C.quomodo,& quãdo iudex,habetur per MattheSil. in singul. 84. & 132. vbi plenissimè per Addentes post eum, & Farinacc. in d. quæstio. 72. in allegato cap. 1.numero 78.

322 De nostri verò Regni iure secus est; cùm ex pragmatica dispositione quilibet agere volens 2. sub tit. de ordine iudicio: † & Domi solitæ habitationis, etiam si de foriudicationis sententia agatur, notificatio facta sufficiat; vt habes apud D.de Franch. in decisio. 516. 323

Quicquid tamen sit; vt tandem concludamus; eam præter actus nullitatem 324 intermitti non posse,est certum; cum naturali iure munitam defensionis facultatem ipsa protendat,iuxta textum in Clement.Pastoralis de re iudicata, habetur per Afflictum in decisio. 283.& Andreã Gayll.in sua obseruat.75.num.9.& 10. lib.1.Multa enim pars tunc monita allegare valeret in proprio negocio ad damnum vitandum magis experge facta;quę alio intentus iudex, ac penè obdormiẽs omitteret,quæ deinde allegata eius iuramenti delationem penitus impedire potuissent,& si per incuriam, quod deferri deberet, cautum extitisset. & qood pars ipsa citanda sit; habes per Eundem Andream Gayll.in antecitata obseruat.110 num. 8. lib. 1. licet in imperiali camera non seruari subiecerit; de quo miror; cũ nec statuto citatio ipsa tolli possit,vt per eum in d obseruat.75.num.10.& de principali conclusione habes per Iasonem in l.si quando C. vnde vi num. 23. in vers. secus tamen vbi quod hoc fallit in eo iuramento; quod ex necessitate l. si quando allegatæ damnum passo præuia iudicis taxatione defertur, vt ibi.

Sed hic consulto quæri potest;quid iuris dicendum erit, si absens quis à iudicij loco citatus sit ad causam,& vt fit ex communi practica per vnicam, & generalem ad omnes, & singulos actus citationem, iuxta textum in cap.cum ex litteris §.vltimo de in integrum restitutio. & ibi per Glosam. Num si ad iuramentum istud petendum incidatur ad illius concessionem, & præstationem is iterum eo modo absens citandus sit?Breuiter cõcludas quod non,quia eius generalis citationis effectus adeò latè patet, vt semel euocatum principalem non comparentem, vel procuratorem non constituẽtem per totum causæ cursum contumaciter absentem reputari faciat,† qua absentia supposita quemcunque etiam præiu- 325 326

dicia-

dicialissimum actum expediri posse, ex antedictis minimè in dubium reuocatur & faciunt latè notata per Mascardum in conclusio. 131. nu. 4. & 7. & Albericum de maletis in tract. de testibus cap. 7. nu. 9. & maximè cum in ea citatione etiam sententiæ actus inclusus est; vt quia dictum sit; ad omnes, & singulos actus vsque ad sententiæ prolationem, & eius
327 executionem inclusiuè, † cumque præterea absolutissimum sit, ea formula admissa, nec tam necessariam ad dicendum & sententiam citationem requiri, iuxta latè conclusa per D. de Franch. in sua decisio. 457. videas tamen notata per Bartol. in extrauaganti ad reprimendum in verbo figura sub nu. 13.
328 At pro Coronide ex prædictis vnum non modicè attendendum animaduersum volo; quod quemadmodum testi producto; quod sit omni exceptione maior non sufficit, ad hoc vt nostrum hoc iuramentum petenti, ad eius assecutionem prodesse possit; sed vlterius requiritur; quod is ritè examinatus sit, iuxta notabilem Baldi tradditionem in vulgato cap. sacramentum num. 12. quem refert; & sequitur Cornazzanus in citata decisione 68. num. 12. Ita quoque, & ipsi principali non satis est, quod persona sit honesta, & legalis ad eiusmodi iuramentum obtinendum, prout requiritur, iuxta supra allegata, & alios comportatos per Brunorum à sole in compendio iuris vtriusque resoluto: in vers. iuramentum suppletorium si est semiplenè probatum; sed exigitur vlterius, quod præuia partis citatione, ad illud admittatur, & examinetur admissus.

DECIMI REQVISITI

RERVM SVMMAE.

329 *Iuramentum suppletorium etiam in feudalibus causis deferri potest.*
330 *Possessori in causa feudali, non obstante, quod magna sit, deferri potest.*
331 *In causis arduis non fit huic iuramento locus.*
332 *In arduis, vltra quam par sit, affectionis sarcina corripimur.*
333 *In arduis semiplenæ probationes nō coniunguntur.*
334 *Ardua causa, quæ dicatur, inquiritur.*
335 *Causa ardua in ciuilibus est de omnibus bonis, aut maiori parte.*
336 *Causa omnium bonorum æquiparatur causæ vnius castri.*
337 *Causa omnium bonorum causæ capitali accedit.*
338 *Causa ardua est, si de fama, vel hominis statu, aut capitali crimine contendatur.*
339 *Causa matrimonialis inter arduas connumeratur.*
340 *In causa omnium bonorum, aut maioris partis non datur huic iuramento locus.*
341 *In causa magna datur, si plusquā semiplenè probatum sit.*
342 *Iuramentum hoc non defertur in causa vnius castri.*
343 *Romanarum legum excellentia exponitur.*
344 *Neque defertur in causa status, & cur.*
345 *Neque in causa famosa, remotionis videlicet ab ordine, aut dignitate aliqua.*
346 *Honor, & vita pari passu ambulant.*
347 *Qui honorem, vel famam amittit, mortem quandam ciuilem pati intelligitur.*

In-

Com-

390 Competere in ea causa iuramentum aliqui contra voluerunt.

391 Negatiua sententia receptior, & quale iuramentum in hac causa aptari possit.

392 In causa præscriptionis non datur.

393 Præscriptio annorum triginta penitus odiosa est.

394 In causis certum testium numerum exigentibus neque datur.

395 Vna est testamenti causa, in qua septem requiruntur.

396 Coddicillaris item; in qua quinque interuenire debent.

397 Causa Blasphemiæ, in qua numerus duorum.

398 In testamento vnius testis defectus eius inualiditatem inducit.

359 Quod ad formam actus pertinet, de necessitate impleri debet.

400 In casu, in quo testes debent esse rogati, omnino ipsi exiguntur.

401 In testamenti causa cur non admittatur, ex alio ostenditur.

402 Fallit in militis testamento, dum de modica hæreditate agitur.

403 In militis testamento non ciuile ius sed mera iurisgentium constitutio obtinet.

404 Quæ causæ scripturam exigant, hic referuntur.

405 Ex lege qui contractus similiter scripturam exigant subijcitur.

406 Ex conuentione quoque vbi scriptura exigatur, ea ad substantiam pertinet.

407 In probanda relocatione scriptura exigitur.

408 In omnibus casibus scripturam exigentibus hoc iuramentum non admittitur.

409 In magnatum matrimonio comprobando etiam scriptura efflagitatur.

410 In scripturæ defectu numerus quinque testium admittitur.

411 In probatione eius, quod cuique interest ex lucro cessanti non datur hoc iuramentum.

412 Eius, quod cuique interest causa inter eas refertur, quæ plenas probationes exigunt.

413 In causa retractationis sententiæ nec illud admittendum.

414 Vti dicta conclusio intelligenda sit, exponitur.

415 In causa comprobandi errorem testamenti, neque admittitur.

416 Neque cum per modum requisiti, seu conditionis probatio exigitur.

417 Cum in conditionis modum probatio requiritur, pro forma requiri intelligitur.

418 Non datur in excommunicationis probatione, & cur.

419 Impeditus in primo anno si ad secundum obtinendum de impedimento semiplene doceat, non admittitur ad suppletorium.

420 In probatione dicti impedimenti plenissima probatio requiritur.

421 Fideiussores per vnum testem solutionem probantes ad iurandum non admittuntur.

422 Testes ad æternam rei memoriam in quibus casibus examinentur.

423 Examen hoc sicut nec augumentum vel deminutionem recipit, ita neque hoc iuramentum.

424 In causis summarijs, in quibus semiplena sufficiunt, non datur hoc iuramentum.

425 In summarijssimis possessorijs vltra semiplenam nil aliud exigitur.

426 In summarijssimis pro integranda semiplena non datur huic iuramento locus.

427 Cur in summarijssimis semiplena sufficiat, ratio exponitur.

428 Summariæ causæ quæ plenam probationem requirant.

429 In eis non datur huic nostro iuramento locus.

430 In eisdem non dantur neque restitutiones ad probandum, neque reprobationes testium.

431 In causa legitimationis personarum non fit huic iuramento locus.

Sed

REQVISITVM DECIMVM.



Equitur decimum requisitum; in quò diuersas causarum qualitates dicti iuramenti delationi repugnare, ac penitus illud tollere, supra diximus. Quarè de eis in studiosorum gratiam recolligendo, & disponendo, quæ alibi, & cumulando, & obiter tractando iuris vtriusque vertices tradiderunt in vniuersum hic duximus pertractandum. Et quia in initijs huius nostræ considerationis de causis in quantitatis prædicamento existentibus verba fecimus; & præsertim in magnis cessare hoc nostrum iuramentum, præterquam vbi plusquam semiplenè in eis probatum esset, comprobauimus; de quo dicendum, vt supra plenissimè in primo requisito; Nunc ad eas, quæ in qualitatis, aut etiam relationis prædicamento referentur transituri, vt veluti à quodam erecto stabilique stipite, quæ in ipsis deducenda sunt, subindè regantur, quam in modicis causis de iuramenti delatione sententiam exposuimus;
329 ampliabimus modo † etiam in feudalibus causis sibi locum vendicare; vbi & in eis causæ modicitatem, aliaque requisita subesse contingat, iuxta notata per Andream, & Afflictum in vulgato cap. Sacramentum & in cap. vnico in tit. de controuers. inter masculum, & femin. num. 10. Non enim inconuenit ea, quæ modici præiudicij sunt, iuramenti religione fulciri leg. Thesaurus ff. ad exhibendum.

Et quandoque etiam in magnis, vbi de eo possessori alicui deferendo contendatur; quod ad possessionis commodum inter innumera, quæ protendit, connumerabis, vt ibidem per eos, & habes per Bellencinum in cap. cum Ioannes de fide instrumento. num. 165. † Vel tan- 330
dem in alijs non possessoribus; si plusquã semiplenè probatum occurrat; vt per Gozadinum in allegato consil. 11. num. 3. & 19. vbi alios allegat, & Nattam in consil. 609. nu. 26.

Quarè ad causas in qualitatis prædicamento consideratas transeundo; arduitatem in illis multoties attendimus. vndè paulò diligentius hæsitandum an in eis huic nostro iuramento locus dari possit? † Et certè in his aperta conclusio es- 331
se depræhenditur, nec memorari quidem in eis tale iuramentum valere, vt nè dum modo aliquo deferri debere dicamus. Nam si in magnis regulariter non licet; ergò multò minus in arduis l. quanto magis ff. de iureiurando, cum similibus, & latè habetur per scribentes in d. l. admonendi, & alijs supracitatis locis, Gabriellium in communibus opinion. conclusione prima in titulo de probatio. num. 40. Corneum in consil. 58. num. 3. vol. 3. & consil. 101. num. 13. volum. 1. Glosam in cap. mulieri de iureiurando, & Barbatiã in consil. 17. num. 19. vol. 3. † & ratio 332
esse potest ex antedictis; quod in illis vltra quam par sit, affectionis sarcina ingrauescat; ita vt indè non modicè pertimescendum periurium offeratur.

Ad quod, & illud pariter referendum est; quod passim in hac ipsa probationum materia consideratur; inter cæteras vide licet prærogatiuas commentas per Canonistas in cap. in causis de testibus, & in cap. vltimo §. is autem de officio, & potestate iudicis delegati † vna est, quod 333
in arduis hisce causis semiplenæ, & im-

perfectæ probationes non coniunguntur vt per Baldum in cap.veniens il 1.col.1. in fine de testibus; & latè loco allegato prosequitur Gabriellius num.39 Sed huiusmodi esse vnus testis,& principalis iurans exaudiuntur;ergò meritò tale iuramentum decerni in eis non debet; cum delatum ad plenam faciendam,ex iactata prærogatiua coniungi cum vnico examinato non possit.

Verum tu istam conclusionem limitabis,prout infra in deducendis particularibus explicatè notabitur.

Quarè pro expeditione illud hic vidēdum te offert; quæ nam in proposito
334 ardua causa dicenda sit;& pro eius quæsiti discretione recurrendum est ad scripta per Afflictum in cap. in generali in titulo si de feudo fuerit controuers.inter Domin.& Agnatum.vbi primo num.47.
335 † causam arduam in ciuilibus dicit esse, in qua de omnibus bonis aut eorum maiori parte differitur,vel si super vno Castro controuersia institueretur; allegat ad hoc Regni Constitutionem incip.pro sequentes.

336 Aduertendo † causam omnium bonorum æquiparari causæ vnius Castri. Intelligendo rursus,vbi in petitorio agatur secus autem si in possessorio, vbi non de omnimodo,& irreparabili præiudicio tractari costat dic, vt plenius per eum.

Insuper considerandum est, eandem
337 etiam capitali causæ respondere; cum pecuniam in homine,ex vulgari illo dicto, secundū sanguinē faciamus, vt meminit Glo. in l.Aduocat:C.de Aduocat. diuerso,iudicum,& in cap.si quis obijecerit 1 quæst.3.æquiparari verò capitali, voluit Salycetus in d.l.admonendi col. penult. & alij allegati per Menoch. de arbitrarijs iudicum cent.2.casu 110.num.6. & per Cardina. Zabarellam in cap.ex parte S.sicut num. 8.de testibus. Quod ipsum rationabiliter obtinere ex alio intelliges si ex eis,capitalibus inimicitijs parari semina;& succendi principia tibi effinxeris,iuxtà notata à nobis supra in 1. parte consideratio.4. & habes apud Biācum in tracta. de indicijs num. 124. & & dixi in l. 1.C. de edendo.

Præterea à fortiori causæ arduitatem 338
considerabimus,si non de bonis, sed de fama,& ipso hominis statu controuertatur, vel aliter de capitali crimine contendatur,vel simili, † vt puta de causa ma-
trimoniali; in quibus singulis,cum mul- 339
tifariam spargantur, pro exactiori dilucidatione,explicanda aliqua duximus.

Et primò quantum ad ciuiles contro- 340
uersias,in quibus de bonis omnibus,aut maiori parte lis est, præfato locum non patere iuramento indubitatum creditur per rationem sæpius repetitam; limitan-
do illam tamen, prout alias diximus, † 341
vt nō procedat in casu,in quo plusquam semiplenè probatum esset, nam tunc posse tale iuramentum deferri innumeris auctoritatibus loco supra citato num 40.vers.declara quia, Gabriellius probauit, & habes per Surdum in consil. 12. num.56.

Item neque deferri poterit in causa v- 342
nius Castri, vt in dicto cap.Sacramentū præcitato per Andream,& Afflictū;quicquid secus dicatur in cap. vnico de controuers.inter masculum,& fæmin. nō obstante;cum ibi de causa modici præiudicij agatur, vndè non mirum si ex supra scriptis eiusmodi iuramento locus sit,vt intelligas eisdem supra attentis secus in
magna, & sic in magno feudo seruarj de- 343
bere, † cum non incongruens sit,Romanas leges per ora priorum principum olim diuinitus promulgatas,vt in cap.nemo 16.quæstio.5.in feudalibus quæstionibus decidendis ponderari; vt ibidem, & optimè aduertit Afflictus;videas Surdum in consil. 75. nu.73.

Successiuè à fortiori; neque in causa 344
status; quia ex illa plusquam capitales inimicitiæ prodire visuntur, vt supra in d. 4. considerat. notauimus; vt puta si quis quem seruum probare velit, vel ad effectum illum excludendi à successione aliqua esse illegitimum, vel libertinæ cōditionis, & non ingenuum, vt habes per Baldū in d.l.in bonæ fidei, Iasonē in d.l. admonēdi in repetit.n.280.& latè p Biācum in d.tract.de indicijs nu.122.& De

tium

tium in consil. 699. num. 11.

345 Consequenter neque in causa famosa, in qua de propria hominis existimatione agitur, iuxta terminos textus in l. cognitionum numerus ff. de varijs, & extraordina: cognitio. vt puta si agatur de aliquo ob sui delictum ab ordine vel dignitate aliqua remouendo, vel vt à publicis officijs abstineat; aut, vt quis suspecti accusatione proposita à tutela, vel cura remoueatur; vel si in causa depositi de dolo probando contendatur, & de alijs similibus iuxta notata in l. 1. ff. de his, qui notan. infamia, & in d. l. cognitionum. Vel furti, aut rerum amotarum; vt per Glosam in vulgato cap. vltimo §. sanè de iureiurando, Nicolaum in vulgato cap. quoniam contra parte 2. nu. 303. Antonium Burgos in cap. At si clerici de iudicijs num. 78. & Ioan. de Selua in tracta. de iureiurando in 3. parte quæstio. 2. num. 15. †

346 Honorem etenim, & vitam pari passu ambulare testatus est Glosator, & cum eo totus mundus in l. iusta per illum textum ff. de manumissis vindicta, imò vitæ præferri debere hominum opinione receptum, & refertur in l. isti quidem ff. quod metus causa, notauit Gerardus in singula. 82. num. 7. & per plura firmauit Aimon. in consil. 2. num. 28. & Pet. Surdus in decisio. 89. nu. 21.

347 Concinitque, quod dicitur † amittere honorem vel famam, esse pati quandã mortem ciuilem l. vltima C. de capitis deminutio. & in l. 1. §. deportatos ff. de bono. possessio. contra tabul. & sic concludendo à maioritate rationis, in causis præfatis ab eiusmodi iuramento abstinẽdum ducitur, cum in causa maioris partis bonorum vt supra non admittatur, ex Regula illa; si de quo minus, &c. & habes plenè per Iasonem in d. l. admonendi in repet. nu. 278. vbi plura considerat, pluraque de more allegat fallit tamen si sit plusquam semiplenè probatum, vt per Franciscum de Curte in vulgari l. admonendi num. 201. Et in spetie, vt aliqua

348 attingamus † in causa comprobandi dolum iuramento prædicto locum non dari, pluribus comprobauit Franciscus Ripensis in l. generaliter quæstio. 57. num. 192. C. de reuocand. donatio. Aretinus in l. 1. num. 16. ff. si cert. petat. habetur plenè per Baldum in consil. 281. num. 7. vol. 2. vbi quod neque ad illud decurri possit si de falsi quæstione ciuiliter mota differatur, vel de imperitia aduersus aliquem exprobanda, uide illum, & in summa deferendum illud non est; vt per Cefalum in consil. 227. num. 6. Intelligendo siuè ipso iure, siuè per sententiam siuè ex genere sustinendæ pænæ, vt puta fustigationis, aut deminutionis opinionis apud graues viros, infamia descendat, vt ibidem per eum à num. 12. vsque ad 16. vbi, & alia pulchra subnectit.

Consequenter, quia inter arduas causas matrimoniales retulimus, & referendas esse voluerunt allegati per Sbrozzium in tracta. de Vicario Episcopi lib. 2. quæstio. 43. num. 10. & 44. num. 3. & 4. etiam in eis cessare necessarium hoc iuramentum, affirmari iure potest; licet inter eas referantur; quæ ordinaria duorum, vel trium, ac etiam mulierum probatione absolui possunt, vt in præcedentibus ostendimus, per textum in cap. super eo de testibus; & quod deferri non debeat, † communem dictare scribentium sententiam ex Detio in consil. 135. col 1. vers. sed tamen his nõ obstantibus, memorauit Gabriellius in titulo de probatio. allegata conclusio. 1. num. 40. & 41. & vt aliquos ad id deducamus, eandem prætulerunt Barto. Bald. Iason, & cæteri, tam antiqui, quàm recentiores in vulgaribus legibus in bonæ fidei, & admonendi, Baldus in consil. 122. incip. quia vnus vol. 2. Socinus Iunior consil. 29. num. 10. vol. 2. & consil. 31. num. 14. vol. eod. Surdus in consil. 109. num. 19. Portius in consil. 151. num. 11. Gabriel Casatus consil. 59. num. 41. inter consi. criminalia diuerso. Tomo. 1. Castrensis consil. 45. num. 3. vol. 1. Ioannes de Selua in tracta. de iureiurando in 3. partis quæstio. 3. num. 1. Antonius de Burgos in d. cap. At si clerici de iudicijs Detius in cap. si pro debilitate num. 36. de officio, & potesta. iudicis delegati, alij alle- 349 350

gati per Mascardum de probatio. quæstio.7.num.43.& 44.& concluf. 1023. num.9.& latè per Andream Gayll. in obseruat.camerali 94. lib. 2.† vbi num.
351 12.deferri illud posse ex Panormitano, & alijs deduxit,si pro matrimonio petatur,& petens integræ opinionis sit,ac inferiorem suæ conditioni vxorem petere, vel ad plus æqualem aduertatur; quod mihi admodum placet ex Glosa in d.§.sanè in sæpè citato cap. vltimo de iureiurando.

Quod ipsum præterea, & in cæteris causis merè spiritualibus obtinere affirmandum est, vt puta in causa monachationis, &
353 similibus; † in quibus ex iuris dispositione plenissimæ probationes requiruntur, iuxta Glosæ tradditionem in l.vltima in princip.ff. quod metus causa communiter receptam per Canonistas in cap.pia de exceptio.in 6. Aliam Glosam in l.1.§.1. ff. de iureiurando à legistis ibidem communiter approbatam, Alios relatos per Blancum in tractatu de indicijs num. 121. vbi rationem ponderat, plenè prosequitur Franciscus Marcus in decisio. 543. num. 8. & decisio. 435.num. 8. Ioan. de Selua loco citato num.3.& 4.Zabarellam in d.cap.vltimo de iureiurando num.12. Glosam in cap. vidua de regularibus, Lappum in allegatio.86.habetur per Andream Gayll.in allegata obseruatio.94.num.16.& Farinacc.de oppositio.contra testes quæstio. 62.limitat.6 num.109.dum testes omni exceptione maiores exigi attestatur, & notarunt Alij in d.cap.mulieri de iureiurando,& in cap.sunt partium,& in cap. vltimo de regulis iuris in 6.& alijs notatis per Baldum in d.cons. 122.& consil. 123. incip. in causa matrimoniali; licet ibi hoc iudici arbitrarium concludere deprædendatur; dum secundum ea,quæ in facto proponerentur eum animi sui or
354 dinarium motum sequi posse, edocet † ex Hostiensis sententia, quem in proposito supremum Doctorem, Pontificiæque censuræ Monarcham,ex Barbatia ipsum sequens Tiraquellus appellauit in tract. de pænis temperand.aut remittend.Causa 51. num. 47. quem videas.

Præcitata tamen communis conclusio communiter etiam coangustata depræhenditur,vt non procedat vbi in causa esset plusquam semiplenè probatum, non secus, ac in alijs supra similibus definitum est,vt per æquè legitur apud scribentes in d.l. admonendi, Ripam in suo responso 72.num.2.3.& 18. Tiraquellū loco proximè citato num.48.vbi multos allegat, Gabriellium in allegata conclusio. 1. d. num. 40. in vers.declara,& præsertim per Glosam in d. cap. vltimo de iureiurando; vt demum ab hac ipsa restrictione non aberrasse Hostiensem, Baldum,& Alios depræhendas; si verba iustè perpendas; Nam ex probatis excitari,& commoueri posse iudicantis animum is protestatus fuit; & sic plusquam semiplenè probatum supponit; non quidem in actis; cum vltra semiplenam testis vnus omni exceptione maior non operetur, vt notatum supra est; sed quia ita sibi persuasum iudex ex petentis qualitate,& alijs habeat,& habes per Franciscum Marcum in d. decisio. 543. numero. 9. 355

Successiuè quia, & causæ beneficiales inter arduas censæ sunt, propterea in illis quoque cessare suppletiuum debere. Nostrates concluserunt, & præsertim Iason in sæpè citata repetitio. l. admonendi num. 280.& Detius in allegato cap.veniens il 1.nu.9. de testibus. 356

Coangustatur tamen per eos, vt non procedat in casu,in quo de aliquo parui præiudicij incidenti tractaretur;Nam in eo;stante semiplena,& alijs, benè deferri poterit,per textum in cap. ex insinuatione de procurato. 357

Rem tamen vlterius deducendo,quia criminales causæ tum graues, tum arduæ creduntur;vt propterea in illis apertissimas, & luce meridiana clariores probationes exigi adnotatum sit; vt in l. vltima C.de probatio.& in cap.Epiphaniū 5.quęstio.6.& in cap.scient 2.quęstio.8. propterea à maioritate rationis,huic necessario iuramento in eis locum patere non posse, & quidem communiter conclu- 358

clusum est in d.l.admonendi, & in l.3.ff. de testibus, faciunt iura in l.dolum C.de dolo,& l. metum C. quod metus causa, Glosa in cap. veniens de testibus, Ioan. Andreas in d. cap. vltimo de iureiurando sub num.4.vers. Abbas. hic tenet, & ibidem post eum in additione, habetur per Iasonem in d.repetitio.num.274. Aretinum in l.ait prætor num.6.ff.de iureiurando Detium in cap. At si clerici de iudicijs num.215. Guidonem Papam in sæpè citata l.in bonæ fidei num. 4. & 5. & ibidem per Ioan.Fabrum num.2. Marianum Socinum in cap.de his num. 35. & in cap.qualiter,& quando num.1069 de accusatio.& in cap.vltimo de iureiurando 1.quæstio.principali Cepollam in consil.41. incip.visa dicta repudiatione Socinum Iunio: in allegato consil. 29. num. 10. vol. 2. Detium in consil. 429. num.10.& consil.450.num.4.& consil. 613.num.9. Crottum in tracta. de testibus parte 3.num.5.& 126.Alios innumeros allegatos per Farinaccium in tracta. de accusatio.quæst.16. num. 43. Menochium in casu 321.num.8. & in vulgato casu 464.in principio; Ioan. de Selua in tracta.de iureiurando in d. 3.partis quæstione 2.num.15.Ioan.Battistam Perusinum in tracta.de arbitris cap.15.lib.10. Antonium Burgos in d.cap. At si clerici in allegato num. 78. Albertum in cap. quoniam de hæreticis quæstio.16. num. 34.& Berouin in cap. sicut de probatio.
359 num. 20. † eiusmodi etenim causæ talis conditionis cognitæ sunt, vt quamuis in suo genere leues sint, maiores tamen qualibet ciuili,& magna causa esse intelligantur,vt in l.in seruorum ff.de pænis. Sed in magnis ciuilibus non defertur, vt supra,ergò neque in criminalibus prædictis,addo Pollydorum Ripam in tracta. de tempo.noctur.cap.31. nu.10.

360 Quæ conclusio ita firmata, amplianda est ex generalitate textus in vulgata l.vltima de probatio. vt procedat etiam si pæna pecuniaria veniret imponenda, quia adhuc criminalis actio versari perspiciatur,quicquid secus in d.l.3.num.6 Aretinus sentiat, & Alexand. in consil. 66. incip. viso processu vertente vol. 1. Nam loquitur de Reo, vt aduersum est post Magonium in decisio.Luccensi 57. in littera B.quicquid etiam,& secus senserit Crottus in d.de testibus 3.parte nu. 129.& Aretinus in §. ex maleficijs num. 16. institutio. de actio. Distingui tamen posset, vt per Crottum ibidem. Si tamen modica esset,ita Clarum intelligendo in §.fina.quæstio.63. num. 3. decerni illud posse, deduxit Surdus in consil. 425. num.55.

Ampliatur secundò, vt procedat etiã in causa criminali,quæ ciuiliter mota sit vt per Baldum in consil. 28. incip. iudex formauit num.7. vol. 2. Guidonem Papam in d.l.in bonæ fidei num. 5 & alios allegatos per Menoch.de arbitrarijs iudicum cent. 5.allegato casu 464.num.6 vnde nec in ea testem integrum cum fama sufficere voluit Ananias in consil. 69. quem refert Bossius in tit. de conuictis num. 53. & faciunt notata per Annium in sing. 384. 361

Quæ ampliationis conclusio rursus dilatari potest; vt procedat etiam si in ea esset plusquam semiplenè probatum; vt voluit Innocentius in cap. veniens de testibus,& ibi Felinus in vers. vltimò nota num.4. 362

Animaduertendum tamen est præfatam sententiam indistinctè probari non posse;cum aduersus eam deprædendatur argumentum ex textu in l. ait prætor ff. de iureiurando; dum ibi dicitur. *quacunque actione conueniatur.* etiam pænali, & sic ciuili, quia in criminalibus actio non competerit,vt institut.de publicis iudicijs in principio.

Tandem quantum ad præfatam ab Innocentio firmatam conclusionem attinet,contrariam sententiam veriorem esse suggestum est per Crottum in allegata 3.parte num.131.ex Salyceto,& Romano id sentientibus in d.l. admonendi per textum in sæpè citato cap. vltimo de iureiurando;vbi,& illud subicit, habere etiam locum, si ageretur de pæna sanguinis, & habetur per Boerium in decisio. 85.& 86.vbi de communi attestatur, & sequi- 363

ſequitur Gabriellius in d. de probatio. concluſio. 1. ſub num. 4. in fine, & Menochius in d. caſu 464. nu. 7.

At rurſus, circa primam ampliationem; quod in criminalibus cauſis, in quibus venit imponenda pœna pecuniaria, non detur noſtro ſuppletiuo aditus, ac-
364 cedat; quod communiter notatum eſt, videlicet in pœnarum proſecutionibus Sacramentum prædictum nequaquam competere; ſiuè pœnæ ex delicto deſcendant; ſiuè ex contractu, vt habes per Bald. in l. vnica C. de his, quæ pœnæ nomine num. 7. & in l. vltima C. de ſecundis nuptijs Rodoan. de rebus eccleſiæ non alienand. quæſtio. 79. num. 3. Ialonem in d. l. admonendi num. 291. in repetitio. & hoc ex eo; quod in eis pariter lucidiſſimæ probationes requirãtur, vt in l. in teſtamento ff. de conditioni. & demonſtrat: & proſequitur Vrſillus in additio. ad Afflicti deciſio. allegatam 135. num. 9. & in additio. 154. num. 7. & habes per Eundem Afflictum in cap. ſi duo fratres num. 101. in tit. de fratribus de nouo beneficio inueſtitis, Gulielmum de benedictis in cap. Rainutius de teſtamentis in clauſula ſi abſque liberis moreretur num. 225. Crauettam in conſil. 452. in verſ. per quam probationem, & Ripam in d. l. generaliter quæſt. 57. num. 191. C. de reuocand. donatio. Grammat. in deciſio. 67. num. 15. Ceſalum in conſil. 141. num. 2. vol. 1. & Ioan. Petrum Anchar. quæſtio. familia. 1. lib. 1. in fine; quicquid ſecus Romanus voluerit in d. l. admonendi poſt medium, & per Afflictum in tracta. de iure prothomiſeos in §. niſi quis num. 30. vbi in ea materia exemplificat. quod fraude ſemiplenè probata in iure congrui tale iuramentum non datur, & etiam voluit Cato Saccus nu. 145. in d. l. admonendi.

365 Et in ſpetie; quia in noſtris inſtrumentorum liquidationibus ex contractu pœna deſcendit vigore Ritus M. Curiæ Vicariæ incip. Item ſi qui debitores, ſi Reus in peremptorio comparens probet deſolutione per vnum teſtem omni exceptione maiorem, petendo in ſupplemẽtum deſperatæ vlterius probationis hoc ſibi neceſſarium iuramentum deferri; non euitabit carcerem; & hoc ex eo; quia liquidam, & promptuariam probationem ſecum adducere debet; quæ in caſu propoſito ſatis ab eſſe intelligitur; cum ſcire tunc non poſſit an productus per eum teſtis omni exceptione maior ſit; dato, & non conceſſo caſu, in quo admitti poſſit; vt plenè proſequitur Frezza in tracta. de præſentatio. inſtrumento: parte 16. quæſtio. 2. num. 6. Et maximè, † quia ex v- 366
nius iuramento alterius pœna ſequeretur vt puta periurij in Actore ſatisfactum debitum petente, & nihilominus liquidationem proſequente.

Quantum verò ad ſecundam amplia- 367
tionem; quod in cauſa criminali ciuiliter mota non competat; conſiderari poteſt; quod quis ſemper præſumitur innocens; donec nocens non probetur; quatè cum innocentiæ præſumptione Reus adiuuetur, ex tradditis latius in præcedentibus; non poteſt Actori, ſemiplena exiſtente, tale iuramentum competere; quia ſemiplena prædicta, ex huiuſmodi in contrarium vrgenti præſumptione debilitari quodammodo intelligatur; & faciunt notata per Nellum in tracta. de teſtibus 1. parte num. 115. licet mendosè legatur.

Rurſus quantum ad criminales cauſas attinet; & criminalem actionem protendentes, ac pecuniarias pœnas inflingentes notandum, addendumque prædictis eſt; quod quemadmodum agentibus in eis non fit huic iuramento locus, † ita 368
pariter nec Fiſco ex officio inquirenti, vel ad pecuniariam pœnam inſurgenti; cum eadem ſubſit ratio; de qua ſupra quantum verò ad alias in quibus pœnæ pecuniariæ verſantur; quod nec etiam Fiſcus ad tale iuramentum decurrens audiatur, habes plenè per Surdum in deciſ. Mantuana 18. nu. 17.

Principalis tamen concluſio ita am- 369
pliata, & declarata, pluribus modis coanguſtari poteſt; & primò, vt non procedat in cauſis aliqua enormia crimina protendentibus; Nam in eis ob vigentem enormitatem, dari poſſe præfato iuramẽto lo-

to locum censuit Glosa magna in vulgari l. admonendi per textum in l. si quando C. vnde vi, & prosequitur Tiraquell. de temperandis, aut remittendis pœnis causa 49. nu. 41.

370 Secundò limitatur, vt non procedat in causa, in qua Reus accusatus debitæ condemnationi se obedire paratum protestetur, vbi Accusator, quod aduersus eum crimen obijecit, suo iuramento comprobauerit; Nam tunc iuramentum sibi deferri poterit; vt voluit Bartol. in d. l. maritus in fine ff. de quæstio. & habes per Hispanũ Moncadam in additio. ad Crottum in d. 3. parte nu. 185.

371 Tertiò coangustanda est, vt non procedat in causa criminali incidenter in causa ciuili deducta; quia eam ad ciuilẽ deductam ciuilis causæ naturam assumere, & pro ciuili reputari, non est dubitatũ; quare concurrentibus supra notatis, illud iure deferri posset, iuxta considerata per Magonium in decisio luccensi 57. in littera B.

372 Quartò, & vltimò restringi potest, vt non procedat vbi de eo in criminalibus causis deferendo, statuto aliquo caueretur; de cuius veritate videndus est Corneus in consil. 324. & consil. 172. in principio vol. 3.

373 Illud etiam prætereundum non est; quod vbi in causa ciuiliter mota iuramentum prædictum deferri posse conceditur, certum habere oportet, quod si pœna Fisco applicanda sit, illud Fisco venire concedendum; sin autem parti, tunc eidem parti; quia videlicet hoc casu causa ciuilis credatur, iuxta notata in Rub. extra de iudicijs, & ibi plenè per Calidonium, & de prædicta conclusione habes per Imolam in d. cap. vltimo de iureiurando nu. 12. & Cefalum in consil. 141. nu. 21. vol. 1.

Sed vti Fisco illud dari rectè dici potest? cum dicatur persona repræsentata? vt per Grammat. in decisio. 65. num. 47. & consequenter quæ exigitur notitia in eo cesset? Cogita.

374 Annectendo prædictis omnibus, etiã in causa iniuriarum tale iuramentum nõ dari, iuxta plura allegata per Cappellã Tholosanam in quæstio. 243. † Quæ con- 375
clusio ibi post eam limitatur per Aufrerium, vt non procedat, vbi quis se per procuratorem defenderet in casu, in quo ex pœna pecuniaria ageretur; ex quo de fama Rei non controuerteretur, cum nullam, eo modo se defendendo, infamiam incurrere posset, iuxta plures, plures id sentientes per eum allegatos, † Tamen 376
Cõtrarium verius esse testatus fuit; quia licet is per procuratorem se defendens nullam iuris infamiam subire intelligeretur, ea tamen, quæ facti est, proculdubio notaretur; Quarè illud, vti, & in famosis cæteris negandum esse conclusio est. prout sibi in facto hoc alleganti negatum ibidem Aufrerius testatur.

Proxima huic ingratitudinis causa accedat, & proindè nunquid in ea iuramento huic locus dari debeat, similiter videndum, † ingratus etenim quodãmodo, ex 377 378
nequissima, & detestabili illa mali pro bono redditione, infamia notatur; quia & quã etiam Bruta animantia interdũ gratitudinem prætetulerunt; vt de Leone Androdi, de Diui Hieronymi altero; Dracone, & alijs apud Aelianum legitur, ipse ferinam naturam excedens respuit, atque consternat; † vt meritò vassallos, & do- 379
natarios ingratos declaratos acceptis seruitijs spoliari posse, notatum sit; vt per Doctores, & præsertim Tiraquellum in l. si vnquam C. de reuocandis donatio. & Afflictum in cap. vnico in §. item qui Dominum in tit. quæ sit prima causa beneficij amittendi in principio cum alijs cumulatis per Doctores in Rub. C. de edendo, vbi, & ipse notaui, † vndè, & in 380
eandem causam seruus à Domino suo liberaliter manumissus incidens in seruitutem reuocatur, vt in l. 1. & 2. C. de libertis, & eorum liberis, in auth. libertini de cętero in §. illud, & in cap. illud 12. quæstio. 2. † ita similiter, & emancipatus fi- 381
lius, si ingratus existat in patriam potestatem reduci potest; vti enunciatur in l. 1. C. de ingratis liberis, † ita & legitima- 382
tus qui est ex eadem causa in odiosissimam spurietatem detruditur, vt per Af-

flictum

flictum in cap.1.§. filij nota num. 14. in titulo si de feudo fuerit controuers.inter Domin.& agnat.& Baldum ibidem, habetur per Panormitanum in cap.1.de natis ex libero ventre in verbo reuocatur, Aldobrandinum in §.1.institutio. de capitis deminutio. Romanum in singul. 225.incip.vltimò quæritur, & Hippolitum de Marsilijs in singul.413.incip.ingratitudo. Quarè stantibus prædictis, & alijs multis; quia causa prædicta magnũ odium præseferat;ac in alterius damnum & ignominiam tendat; propterea pro iam asserta negatiua communiter conclusum aduertitur; & sic, quod deferri nequaquam illud possit, vt voluit Bald. in d. l. generaliter, & ibidem Ripa in d. quæstio.57.Iason in vulgata l.admonendi num.286.& Crauetta in consil. 719. num.2.ponderant ad hoc textum in d.l. generaliter in verf.dilucidis argumentis
383 † colligendo ex dictis verbis in ea causa dilucidas probationes adhiberi oportere;At sic est, quod vbi lucidæ probationes,seu plenæ,seu indubitatæ, vel manifestæ,aut manifestissimæ,vel apertissimæ requiruntur, iuramentum non defertur, secundum Glosam in clement. constitutionem de electio. Baldum in l. vnica in 3.oppositio.C. de his, quæ pænæ nomine, Glosam magnam communiter receptam per Canonistas in d.cap.pia de exceptionibus in 6.in l.vnica in princip. ff. quod metus causa, & alios innumeros per Ripam in d.loco allegatos, Iasonem in d. l.admonendi num.288.& Crottum in tracta.de testibus 4.parte.num.65. ergò, &c. & de principali conclusione habes per Surdum in consil.94.nu.78.

384 Quod tantò præterea magis affirmari potest; quia in ea nec testes infames infamia facti admitti receptum sit, qui alias de iure repelli non solent; licet eis integrè non credatur,iuxta Glosam,& ibi notata per Doctores in l. cunctos populos C.de summa Trinitate, & fide cathol. & per Afflictũ in cap. si Vassallus in titulo qui testes sint necess.ad prob.feud.ingra
385 tit.† imò si ad feudi priuationẽ,de feudatarij ingratitudine probãda ageretur, nõ sanè admitteretur;qui aliquã, vel etiam leuem exceptionem pati possent;vt puta quia amici familiares, Affines, vel alio modo Domino astricti depræhenderentur;cum eo casu integræ qui sint opinionis,testes exigantur; in quorum numero prænominati nequaquam computari intelliguntur, vt per Afflictum loco citato num.5.& sic meritò nec nostro iuramento locus esse potest;& tantò magis in spetie in probanda ipsa feudatarij ingratitudine,† vbi vlterius certus testium nume 386
rus requiritur, vt puta quinque,& bonæ opinionis, vt dicitur in d.cap.si vassallus de quo dic,vt latius infra.

Tandem quia inter arduas causas, 387
quæ iurisdictionis sunt,rectè computantur; meritò ratione præscripta; & in illis tale iuramentum intermittendum esse conuenit; siuè de ordinaria iurisdictione controuersia sit, siuè de delegata, vt latè habes apud Caualcanum in decisio. 11.num.3.& 4.vbi videas,& per Cagnolum in l.cum quædam puella §.quotiens in princip.ff.de iurisdictio. omn.iud.

Dantur præterea, & aliæ causa; quæ ratione ipsis annexi odij neque eiusmodi iuramentum admittunt, † qualis est 388
aduersus sindicatui parentem officialem instituta, præscriptionis alia, & similes, de quibus sigillatim ad alias transituri videamus. Et primo certum est in causa sindicatus contra Magistratum in probationum defectum ad iuramentum præfatum decurri non posse;prout ex Baldi,& Angeli doctrina in l. 2. C. vbi de ratio. agi oporteat Amodeus licet dubitando, deduxit in tracta. Sindicatus num. 187. & Baiardus ad Clarum in §. finali quæstio. 73. num. 17. vbi refert idem tenere Bertazzolum in consil.71.nu.15. & 16. & Ptolomeum in d. l. admonendi num. 108. & hoc ea ratione, quia in odiosis versari intelligamur;arg. eius, † quod in 389
dictis causis, vti, & in odiosis cæteris, tempora per momenta computantur,iuxta Bartoli tradditionem in l. ædita actio C.de edendo nu.4.

In contrarium tamen, quasi Amodei 390
dubium protendens, Tiraquellus insurrexit

rexit

rexit, vt videre est apud eum in tracta. de
temperand. aut remittendis pænis causa
58. num. 7. dum contra officialem super
delicto in officio commisso sufficere pro-
bationem per vnam semiplenam cū par-
tis iuramēto affirmat, ex traddittione glo
sæ in §. necessitatē in auth. vt judices sinè
quoquo suffragio, & Ioannis de Platea in
l. si aliquid C. de suscept. lib. 1. & in l. iu
dices C. de Annonis, & Tributis lib. 10.
Et hoc deseruire potest pro alia restrictio
ne ad conclusionē supra discussam; quod
391 in criminalibus causis nō sit iuramento
nostro locus, † Tu tñ poteris in hoc cogi
tare; quia in Regno hoc subiecta affirma-
tiua non viget in practica; Sed potius, vbi
probationes deficerent, ad purgatoriū al
terū, quod dicitur, iuramentū decurri pos
set; iuxta cap. Regni 46. incip. item quod
in omnicasu, & per Baiardum loco citato
Vnde simul colligis limitationē ad regu
lā l. qui accusare C. de edendo; quia offi-
cialis de corruptione, seu Barattaria diffa
matus, nulla existente probatione, debet
se purgare, dic, vt plenius infra.

392 Quantum verò ad præscriptionis cau
sam, non competere in ea illud, eadem
393 odij ratione considerata; traddituin est, †
cum quoad eam, quæ annorum triginta
spatio completur in vniuersum, odium
intercidat; quoad alteram vero decen-
nali, vel vicennali cursu inducendam ad
huc in parte odium assistat, cum in vtris-
que, vt in simili supra dictum est etiam
de momento ad momentum præfixa tem
pora numerentur; vt in l. in omnibus ff.
de actio. & obligat. & quod non possit de
ferri deduxit Vrsillus in addit. ad Affli-
cti decisio. 13. allegat Catellianum Cot-
tam in memorali incip. præscriptio lon-
gissimi temporis fol. mihi 556.

Successiuè aliæ sunt causæ; quæ præfa
tum iuramentum non admittunt; quod
eis accidit; vel ratione vlterioris numeri
testium à iure requisiti, vel ex non admis
sione testium; quia videlicet in illis scri
ptura; ita iure exigente, vel partium con-
uentione, requiratur, vel ex alijs iurium
dispositionibus; de quibus passim, pro no
stro instituto videndum.

Et primò quantum ad causas certum 394
testium numerum exigentes, vltra regu-
larem illum duorum, vel trium num. cū;
certum est in eis non posse ad tale iura-
mentum decurri ex eorum requisito nu-
mero, aliquo deficiente; cum omnes ad
earum necessariò præstitutam solemnita
tem exigantur; vt meritò subsidiarium
aliud æquipollens remedium subrogari
non valeat † cuiusmodi causa testamen- 395
taria creditur; in qua ipso ciuili iure se-
ptem rogatorum testium numerus effla-
gitatur, vt in l. ad testium ff. de testamen-
tis, & in l. hac consultissima C. eod. † Co- 396
dicillaris præterea, vbi quinque, vt in l.
vltima C. de Codicillis. Quoad mune-
rum perceptionem probandam contra
officiales altera; in qua tres, & bonæ opi-
nionis requiruntur, vt in pragmatica Re
gni 2. circa finem sub titulo de muneri-
bus officialium † vt, & in Blasphemia nu 397
merus duorum; vt in pragmat. 1. & 2. in
tit. de Blasphemantibus. Et in iam dicta
ingratitudine aduersus feudatarium cō-
probanda quinque, vt in d. cap. si Vassal
lus, ac in probanda capitali inimicitia,
quoad legati ademptionē, similiter quin
que, vt per Surdum in decisio. 128. num.
6. & in cæteris passim similibus de qui-
bus dixi supra parte prima consideratio.
6. Quarè concludendo, in omnibus his
nequaquam hoc nostrum iuramentum
deferri poterit, vt voluit Baldus in l. 2. C.
de bonor. possess. secundum tabulas; &
præsertim in testamento † vbi si vnus te- 398
stis ex septenario numero deficiat; illud
non valere explorati iuris est, vt in l. si
vnus C. de testamentis, & non posse iura
mentum admitti in d. l. admonendi am-
plius probauit Bartolus; & ratio est cla-
rissima; quia tunc in forma defectus ades
se intelligatur; † quæ pro actus conser- 399
uatione in indiuiduo efflagitat incremen
tum, iuxta allegata per Cornazzanum
in decisio. 203. num. 2. & faciunt iura in
l. meuius, & in l. qui hæredi ff. de condi-
tio. & demonstratio. & optimè per Gerar
dum in singul. 86. num. 3. allegantem vl-
tra Baldum, Glosam in l. cum proponeba
tur ff. de legatis 1. † & maximè intelli- 400

gendo, vbi testes debent esse rogati, vt in eiusdem testamenti causa; licet, & in ea vnus testis quantumcunque omni exceptione maior semiplenam non faciat, de quo videnda sunt satis referta, vltra Bartolum in d.l.admonendi Doctorum commentaria, & præsertim Iasonis, & Ripæ, qui per multa in eis id absoluerunt.

Et in summa, nè actum agamus, si quis in testamenti comprobandi causa
401 hoc nostrum iuramentum exquireret, † cum loco testis habeatur, vt supra se ipsum rogare diceretur; quod esset absurdum, & quod deferri vlterius non possit, voluit post alios Afflictus in vulgato cap. Sacramentum de consuetud. recti feudi nu. 19. allegando citatum textum in d. l. si vnus, habes per Roccam in d. lib. 4. in allegato tit. de iuramento suppletiuo; Magonium in decisio. Lucensi 32. num. 4. Alfanum præceptorem in Auth. si quis in aliquo documento C. de edendo num. 81. & ibidem per Bolognettum num. 16. de veritate explicatè Curtius in d.l. admonendi num. 54. Generaliter per Baldum in allegato supra consil. 269. num. 5. vol. 1. Marantam in consil. 146. num. 6. Vrsillum in Afflicti decisio. 25. num. 10. plenissimè per Augustinum Beroum in Rub. de probatio. num. 23. & ibidem per Baldum, & Barbatiam; & maximè vltra prædicta per textum in cap. cum dilectus de successio. ab intestato, est enim formalis solemnitas, & consequenter indiuidua l eg. hac consultissima præallegata C. de testam. & l. furiosum C. qui testamen. facere possunt. prosequitur plenè disputando Petrus Surdus in consil. 147. num. 13. Intelligendo, etiam quod sit probatum per sex testes per rationem de qua supra, & per eum; & quid in causa legati habes ibidem nu. 1. & in consil. 129. nu. 46.

402 Successiuè quæ dicta sententia est, coangustatur, vt non procedat, si de modica hereditate, ex militis tamen testamen
403 to contendatur, † nam in eo, cum nec prò forma testium numerus requiratur; minusue eorundem Rogatio; sed mera iurisgentium constitutione rogatur; qua procedente, in ore duorum, vel trium dicitur omne verbum subsistere, vt supra in prima parte considerat. 1. in principio latius deductum est, & iuxta alia plura singulariter notata per Tiraquellum in tractatu piæ causæ in 3. priuilegio; tunc nihil impedit; quo minus illud deferri possit, si petatur; quod verum.

Quantum verò ad causas; quæ nullatenus testium attestationes admittunt; 404
cum lege, aut statuto; vel partium conuentione, pro earum substantia scripturã eligere attendantur, † vti ex lege conside 405
rantur, litterarum obligatio; contractus emphiteuticus; sponsalitia largitas; Duorum Reorum constitutio, & alij si qui sunt casus enumerati per Glosam in cap. 1. de censibus in 6. Deindè ex statuto, vt puta, si illud dictaret; quod de mutuo ducatorum supra decem, debeat ad eius probationem scriptura ordinari, vel denique † ex conuentione; vt puta si inter 406
contrahentes conuentum spetialiter sit; quod aliter ex dato mutuo consensu non intelligatur perfectus contractus, nisi super eo scriptura perficiatur; iuxta notata per Doctores, & præsertim per Azonem in l contractus C. de fide instrumento: & habetur per Tessaurum in decis. Pedemont. 197. incip. contractus num. 7. & per totam; Afflictum in decisio. 39. incip. per Binas, & ibi per Vrsillum addentem; Barto. in l. sed hoc iure in fine C. si certum petat. & Ioan. Petrum Ancharan. quæstio. familia. lib. 1. quæstio. 21. † vti 407
consequenter in relocatione comprobanda seruatur; dum ad eius probationem necessariò scriptura efflagitata est, vt per Domi. de Franchis in decisio. 278. † certum 408
est enim in eis, & paribus cæteris nõ posse huic nostro iuramento locum dari; quia scriptura ad eorum actuum substantiam requisita ad aliud nos probationis genus transire non permittit, & sic ad testes, & successiuè adhoc ipsum subsidiarium in eorum defectum iuramentum; nisi partis incuria ad eorum receptionem, quantum ad relocationem pertinet, processum sit, vt per D. de Franchis eò loci, & de principali conclusione per

Tessaurum in decis. Pedemont. 256. incip. iuramenti oblatio nu. 3. & faciunt notata per Gerardum in allegato sing. 16. nu. 3. præterea quod & in quouis alio negocio per instrumentum comprobando; quod deferri non possit, habes per Bellēcinum in cap. cum Ioannes de fide instrument. nu. 155. & Iason. in d. l. admonendi nu. 127. & Curt. sub n. 61. & Caualcanus decis. iudic. 11. num. 3.

409 Quod idem, & in Magnatum matrimonio comprobando de scripturæ necessitate de iure tamen ciuili; habes per Mascard. in allegata conclus. 1023 num. 22. quia secus iure canonum sit; vt in cap. tāta qui filij sint legit. & Tessaurum in decisio. 83.

410 Et licet in scripturarum defectum testes adduci possint; non tamen; vbi perduci toleratur, quinque numero pauciores esse poterunt; cum talem numerū instrumento æquiparari creditum, & receptū sit, vt in l. testium C. de testibus; & habetur per D. de Franch. in decis. 384. nu. 7. quò casu vnus ad semiplenam non sufficit, vt supra in testamenti causa dictum est; & faciunt plenè cumulata per Mascardum in conclus. 983. à nu. 4. vsque ad 9. & Afflictum in d. decis. 13. num. 25. & eundem Mascard. in concl. 598. nu. 1. & 2. & Mynsing. in obseruatio. camerali 5. cent. 1.

411 Vltimò quantū ad causas alias, primo cōsiderare poteris non esse prædicto iuramento dandū locum in probatione eius, quod interest ratione lucri cessantis, cum & ipsa, † inter eas causas relata sit, quæ
412 plenis veniunt probationibus instruendę iuxta Baldi tradditionem in l. vnica C. de sentent. quæ pro eo, quod interest, proferuntur in fine; sequitur Detius in l. quatenus nu. 4. ff. de regulis iuris, Iason in d. l. admonendi nu. 296. in vers. 31. Crauetta in cōsil. 411. nu. 9. Surdus in tract. de alimentis quęst. 45. nu. 47. & per Mascardum alios plures allegantem in conclusio. 935. num. 28.

413 Præterea idem notatum est; vbi de alterius iudicis retractanda sententia ageretur; quasi quod cum pro eis præsumatur, præsertim in contradictorio latis, iuxta notata per Alexandrum in l. sciendum ff. soluto matrim. & in l. herennius §. Gaia. ff. de euictio. & Baldum in consil. 492. nu. 2. vol. 3. eas temerè reuocare non concedatur, nè ex litibus lites extrahantur; & maximè cum ad eas terminandas tale iuramentum proditum fuisse, in initio deduxerimus, ex l. 1. & 2. ff. de iureiurando atque ita voluit Bald. in l. vltima C. si minor se maiorem dixerit Iason in vulgata l. admonendi nu. 288. & 289. Corneus in relato supra consl. 324. nu. 2. vol. 3. Caualcanus in decis. 45. in addit. nu. 66. † 414
Intelligendo tamen supradictam conclusionem, vt procedat in casu, vbi ageretur de sententiæ retractatione iure spetiali; non autem si communi iure, vt per Iasonem ibi, & infra dicam.

Idem præterea obtinere scriptum est; 415
si de errore in testamento commisso contendatur; Nam si de eo Notarius rogatus met attestetur; non poterit; quasi semiplena supposita, ad illum comprobandum agenti iuramentum deferri, vt singulariter voluit Bartolus in l. imperator col. 3. ff. de statu hominum, & Glosa in l. 1. C. qui, & aduersus quos.

Cæterum si à lege, statuto, vel rescri- 416
pro aliquo per modum conditionis super aliquo facto probatio requiratur, stante semiplena; non posse ad eiusmodi iuramenti suppletionem deueniri certum est, † quia videlicet pro forma re- 417
quisita tunc probatio censeatur; vndè de vera, & principali, non autem de præsumpta, & subsidiaria, & priuilegiata ex audiendum est, vt per Iasonem in d. l. admonendi num. 296. in vers. vigesimus nonus casus, Gozad. in consil. 2. num. 22. Ripam in l. ait prætor §. si iudex num. 22. de re iudicata, Eundem in l. generaliter C. de reuocand. donatio. in d. quæstio. 57. num. 190. Magonium in decisio. Luccensi 27. num. 14. & per Mascardum in conclusio. 676. num. 8. & vt dixi, hoc attendendum est in superiorum tribunalium rescriptis; in quibus frequenter sub clausula illa *veris existentibus praenarratis, vel si preces veritate nitantur.* faciendien-

ciendum aliquid, aut ab eo abstinendum præcipi solet; Nam in vertenti in eis causæ cognitione complenda semiplena ipsa cum necessariò hoc iuramento non sufficeret; & habes optimè per Iasonem in l. qui Romæ. §. Augerius ff. de verbo.obligatio. num 3. Quæ conclusio ampliari potest, vt procedat etiam si esset semiplenè, & plus vltra probatum; vt per Surdum in allegato consil. 147. num. 6. An tamen clausulæ præfatæ conditionem faciant, videas plenè per Felinum in cap. ex parte lo primo num. 6. de rescriptis, & de antedictis per glos. & Floria in l. cum de indebito ff. de probat.

418 Insuper, quia ad probandam excommunicationis exceptionem liquidissimæ & apertissimæ probationes requiruntur; vt in allegato cap. pia §. si quis igitur, vbi notatur; propterea, iuxta supradicta, iuramentum hoc in eius comprobatione, non admittetur; vt habes per Iasonem in in d. l. admonendi in repetitio. nu. 284.

419 Similiter, quia stante lapsu primi anni ad appellationis interpositæ prosecutionem; ex causa, vt puta alicuius legitimi impedimenti; eius tamen allegatione præuia, & probatione, datur alter annus

420 † dum in eiusmodi comprobatione apertissimæ probationes exiguntur, certum quoque ius suggerit, comportatam semiplenam ad iuramentum hoc, alleganti impedimentum prodesse non valere, vt probatur expressim in l. vltima §. illud C. de temporibus appellatio: quod idem, & in comprobatione impedimenti alicuius citati non comparentis obtinere ibidem Iason notauit in vers. Trigesimo quartò & faciunt notata per Ozascum in decisio. 70. num. 6.

Successiuè, quia multoties super mo-
421 dicis pecuniarum quantitatibus mutuo dandis pro mutuantium securitate fideiussores accedunt; vndè, & ipsi principalibus deficientibus soluere coguntur, vt tot. tit. ff. & C. de fideiusso. & qui satisdare cogantur; in casu per eos factæ solutionis, si ab eorum principalibus solutum repetere volentes ad docendum de solutione, vbi scriptura non adsit, semiplenam præseferant, ac iuramentum in supplementum deferri petant; ad illud nequaquam admitti poterunt, vti optimè probat textus in cap. peruenit in verbo legitimè de fideiussor. iuncta Glosa in vulgato cap. At si clerici in vers. legitima probatione de iudicijs, & habes per Iasonem in d. l. admonendi nu. 290.

Vlterius; quia in casu periculosæ in- 422
firmitatis, aut testium decrepitæ ætatis, vel eorundem diuturnæ futuræ absentiæ solet eorum ad perpetuam rei memoriã examẽ admitti, iuxta notata in cap. quoniam contra de probatio. & præsertim ad illud congesta per Lanfrancum, & Menoch. de arbitrarijs iudicum casu 62. num.
2. † quia eiusmodi naturæ tale examen 423
est; vt neque incrementum, neque deminutionem suscipiat; proptereaque neque iuramento loco dandum placuit, vt in l. gesta C. de re iudicata, & habetur per Iasonem in d. l. admonendi num. 296. vers. Trigesimo tertio.

Et in summa in omnibus causis, in quibus liquida, & legitima probatio exigitur, non patere suppletiuo locum communiter esse receptum voluit Plotus in tracta. de in litem iurando §. 2. num. 30. Hippolit. de Marsilijs in Rub. C. de probatio. num. 81. & Petrus Surdus in consil. 441. num. 27.

Consequenter, quia in multis causis 424
semiplenæ probationes pro sufficientibus, & plenis habentur; quæ ex hoc breues, seu breuiores, vel etiam vulgato vocabulo summariæ dicuntur; propterea in illis subsidiarium hoc remedium à legè inductum considerandum non est; cũ in eis non adsit quod semiplenum per eius præstationem perfici possit, vti in
summarijssimis possessorijs; in quibus † 425
vbi per vnum testem; vel alio modo semiplenè probari contingat, vlterior alia ad
victoriam probatio necessaria non est † 426
non ergò exigitur, de quo nos loquimur iuramentum. Quod si supponas semiplenam non adesse; minus eidem locum patere posse certum est: cum iuxta præenarrata in Tertio requisito, adesse delationis prædictæ semiplena requiratur; vt habetur

betur per Rolandum in allegato consil. 50.num.22.vol.2.optimè apud Hippolitum in singul.435 incip.trita, & vulgaris,Matthesila:in singul.2.incip.Item nota, quod in iudicijs, & in singul. 1. per Addentes post eum,& Crottum in tract.
427 de testibus parte 6. num. 13. † hocque non ex alio,nisi quod in eis de re, & tali præiudicio agatur; quod facilè in alio, & sequenti plenario iudicio reparari potest;ad quod possessorium ipsum præparatorium esse dicitur, quod latius prosequere, vt per Contardum ad l.vnicam C.si de momenta.possessio: fuerit appellatum, Menochium de arbitrarijs iudicum quæstio. 32. & dixi supra in prima parte considerat. 3. & per Ananiam in cap.vltimo de iureiurando nu. 8.
418 Summariæ etiam sunt, & aliæ causæ, licet ipsæ, pro earum terminatione plenam probationem requirant;quales sunt ante litis contestationem, reorum exceptiones continentes; inter quas perso-
429 narum legitimationes computantur † in quibus pariter iuramento præfato nequaquam aditum patere notatum est; cum per termini lapsum, necessaria probatione non facta, omnes exceptiones ad merita reseruatæ intelligantur;quem-
430 admodum,† & in eis non dari beneficia; minusuè testium reprobationis suis locis deduximus. Et quantum ad rem, de qua
431 agimus, attinet, † quod in causa legitimationis personarum, stante semiplena, non fiat huic iuramento locus habes conclusum per Angeli Doctrinam in l. non solum §.qui alieno ff.de procurato. Lanfrancum in praxi ad allegatum cap.quoniam contra in clausula testium depositiones num.38. & Sciaticum in allegato cap.20. num. 37.

Præterea num in causa spolij illud deferendum sit;quæri potest: præsupposito secundum Bartoli opinionem;quod in ea causa vnus testis non sufficiat; vt per eum in extrauag. ad reprimendum in verbo Summariè, Afflictum in decisio. 364. & alios plenè citatos per Tutium in allegatio.18.num.3. Et hoc casu dicendum benè posse, vt videntur voluisse Doctores in d.l.admonendi videlicet Bartol.num.55 Iason in prima lectura num. 101.& in repetit.num. 223. & Alij allegati per Tutium ibi.

† Sed,& in probatione deducti pacti de retrouendendo dari huic iuramento locum posse,satis conuinci potest ex plenissimè allegatis per Iosephum Lodouicum in decisio.Perusina 9.num.25. ex traditione Pauli in consil.287.in antiquis,& consil.331. & aliorum ibidem allegatorum. Præterea neque dari illud in causa reiuendicationis stante semiplena, iuxta allegata per Mascardum in conclusio. 537.nu.3. amplius probatum est.

Tandem prò coronide, & illud hic 432
quæri potest, nunquid videlicet in causa liquidationis fructuum; cum quis fundum cum fructibus restituere damnatus est; iuxta textum in l.ex diuerso §.1.ff.de reiuendic.habere locum huiusmodi nostrum iuramentum valeat? Et breuiter rem decidendo, valere dici potest, † & 433
quidem non solum, si per testes qui perceptioni interfuerunt, illud probari ceperunt; secundum Baldum in l. 1. C. de fruct.& lit.expensis num.16. Sed etiam si ex collatione annorum præcedentium eiusdem fundi,aut aliorum circum uicinorum illos comprobari contingeret vt puta, quia, iuxta primum exemplum monstraretur tot fructus,stante fundi bonitate;& pinguedine, singulis annis fuisse perceptos, iuxta Baldi, & Angeli doctrinam in l. si fundū C. de reiuendicat. & Aretinum in leg.continuus §.cum ita sub num.7.ff.de verbo:obligatio: Aduertendo; quod in hac ipsa probatione iuramentum hoc propriè caddere; quia videlicet non concludens existimetur; † 434
cum fructuum perceptio non semper vniformiter cedat,sed pro temporum,& culturarum qualitate varietur. Vndè fit quod † rationabiliter iudicem mouere 435
posset ad tale iuramentum deferendum; si pars per aptum aliquem corporis sensum de asserta fructuum perceptione deponeret,iuxta notata per Barto.in d.l.admonendi num. 18. & quæ fusissimè supra diximus. Et quoad principalem con

clu-

clusionẽ habes per Bald. in d.l.si fundũ & alios post eum allegatos, licet mendo sè ibi allegati depræhendantur; sed pro eis latè videas apud Mascardum in conclusio.817.& conclus.1229.num. 16.& hæc de causis iuramentum suppletiuum non admittentibus dicta sufficiant, cum, si quæ alia desiderantur alibi perquiri possint.

VNDECIMI REQVISITI

RERVM SVMMAE.

436 *IVdex, requisitis concurrentibus deferre hoc iuramentum omnino debet.*

437 *Verbum, debet, in iudice necessitatem importat.*

438 *A non admissione ad tale iuramentum pars appellare potest.*

439 *Iudex hoc iuramentum negans, cum illud deferre debet, litem suam facit.*

440 *An ab Arbitro tale iuramentum deferri possit? & quod sic concluditur.*

441 *Arbitria instar iudiciorum redacta sunt.*

REQVISITVM VNDECIMVM.



Capio nunc vndecimum, & vltimum requisitum, in quo præfatum hoc nostrum, iuramentum à iudicante deferri oportere constat. Conuenit enim quod cum à lege, ex præ exposita supra ratione, inductum sit, quod ab ipso legismet ministro, iudicante videlicet decernatur, & non sine causæ cognitione, iuxta commonita, & habes per Menoch. in vulgato casu 464. num.26.

436 Verum locò quis exquireret, num præ existentibus omnibus supra expositis, teneatur iudex necessariò eiusmodi iuramentum petenti iudex deferre? Qua in re, vt pro sola veritate respondeamus; clarum est legibus ministrandis Magistratũ fuisse præpositum, & constitutum, quia videlicet frustra illæ in ciuitatibus constituerentur; nisi & qui illas assiduè indigentibus ministrarent bonæ farinæ homines adessent, vt in vulgari l.2.§.post originem ff. de orig. iuris. Quarè cum ad eius iuramenti delationem in casu præmisso ordinata sit legis dispositio; non est, cur iudex deuiare possit quod subindè, & particulare sibi indultum Ephitetum satis explicatè ostendit; cum necessarium dictum sit; quasi quod de necessitate, vt in initio diximus, deferendum illud veniat; & habes per Menoch. in consil.217. Franciscum Marcum in decisio. 454.num.1. Beroum in cap. sicut de probat.num.16.& Mantuam in singul.353. incip.iuramentum.

Accedat etiam prædictis; quod vbicunque supponitur iudicem aliquid facere, vel præstare posse; verbum posse ad necessitatem retrahendum est, iuxta Glossam, Barto. Detium, Bolognettum, & alios in l.1.ff.de iurisdictio.omnium iudicum, Lancellottum exemplificantem in l.gallus, vbi Fortunius Garsias ff. de libe.& posth.& alios allegatos per D. de Franch. in allegata decisio. 487. col. 1. 437

Sequitur ergò, † quod si iudex non ex præexpositorum defectu illud deferre negaret, pars, vti grauata ab eiusmodi non admissione appellare posset, cum nulli legitimè 438

gitimè certanti legis remedium auferen
439 dum, vel negandum sit † & consequenter negando illud, litem suam facere iudex intelligeretur; vt optimè per Stiaticum in d.cap. 20. num. 33. Franciscum Marcum ibidem, & Cefalum in consil. 227.num.33. vti & ab ipsa delatione appellari potest, iuxta conclusa per Cato: Saccum in d.l.admonendi num. 171. & sequentibus.

440 Pro Coronide tamen; quia à iudice deferendum hoc iuramentum diximus; illud quæri potest; an etiam ab electis Arbitris illud deferri valeat? Quia tamen hoc ipsum ad nostrum institutum parum pertinere dignoscitur; summatim pro affirmatiua concludere poteris.

441 Cum arbitria iudiciorum instar redacta sint; nisi aliud expressum reperiatur l.prima cum ibi notatis per Glosam ff.de receptis arbitris, & maximè in illo iuris arbitro in causis coniunctorum per Regiam pragmaticam ordinato; quæ incipit, Odia, quæ inter coniunctos sub tit. de arbitris, vt habes apud Iunio: Curtium in d.l.admonendi num. 75. quamuis remissiuè, & plenè per Blancum in tracta.de compromissis quæstio. 8. num. 18. in vers. iuramentum necessarium, & Cauensem Troisium in d. Pragmatica odia. num. 96. licet contrarium attentauerit Battista de Santo Blasio in tracta. de arbitris num. 20. vers. Quæro. Et hæc quoad præenarrata requisita pro nostra paruula licet industria, currenti ad illa studioso adnotasse sufficiat.

PARTIS VLTIMAE

RERVM SVMMAE.

442 *Actore, & Reo ad iuramentũ, currẽtibus cuius potius illud deferendũ sit latè distinguitur.*

443 *Iuramentum non defertur Actori; cum aduersus eum præsumptio adest.*

444 *Reus semiplenè probans nulla pro actore probatione, vel præsumptione existente, absque iuramento absoluendus est.*

445 *Actore non probante; etiam si Reus probandum aliquid assumpsisset & non probasset, absoluendus est.*

446 *Actore non probante, si pro eo aliqua præsumptio sit, cum purgatorio iuramento Reus absoluendus est.*

447 *Longobardorum iure, siuè adesset, siuè non præsumptio, purgatoriũ hoc frequentabatur.*

448 *Vtriusque semiplena concurrente, neutri illud deferendum est; & maximè si in verisimile Reus probare contenderit.*

449 *Reo semiplenè probanti, stante Actoris plena, deferendum non est, ex Speculatore.*

450 *Contrariam sententiam plures Alij secuti sunt.*

451 *Pro concordia inter compatibilem, & incompatibilem exceptionem distinguitur.*

452 *Compatibilis exceptio quæ esse intelligatur.*

453 *Incompatibilis quæ item sit.*

454 *Incompatibilem probanti Reo nequaquam illud deferendum est; secus si compatibilem.*

455 *Probationum paritate existente Reo magis fauendum est.*

456 *Iuramentum purgatorium est in criminalibus causis Reo deferendum.*

457 *Agens Reus ex.l.diffamari C. de ingenuis, & manumiss. Actore non probante, absoluendus est.*

458 *Huic Reo originariò etiam iuramentum deferendum venit, iuxta*

ta

ta præmissa.

459 Masculo, & fœmina ad iuramentum hoc currentibus, cui magis illud deferendum sit, quæritur.

460 Iudicantium partes proniores ad liberandum esse debent.

461 Iuramentum hoc semiplenas perficit, ac plenas facit.

462 An vincens hoc iuramento etiam in expensis potior fieri debeat, quæritur.

463 In præfata quæstione Hippoliti de Marsilijs ponderatur sententia.

464 Hippoliti intelligentia reprobatur.

465 Stante vtriusque semiplena compensandas expensas sensisse Senatum Pedemontanum Thessaurus refert.

466 Vincens virtute suppletorij, quod in expensis obtinere non debeat, nulla distinctione attenta, subijcitur.

467 Fallit tamen prædicta conclusio, vbi plusquam semiplenè probatum esset.

468 Sententia medio hoc iuramento obtenta nunquam transit in rem iudicatam.

469 Instrumentum in stricta significatione acceptum procul à testibus seiungitur.

470 Ex nouis testibus, quæ suppletorij virtute sententia lata est, retractari potest.

471 Quod sententia lata vigore huius iuramenti non transeat in rem iudicatam, impropriè intelligendum est.

472 Quod sententia hæc ex nouis retractari possit, limitatur, vt non procedat, si tale iuramentum de partis consensu delatum fuisset.

473 Pro iuramenti delatione, & sententia indè secuta, bona exoritur præsumptio apud appellationis iudicem.

474 Iuramentum hoc in prima instantia omissum, in secunda peti potest.

475 Iuramentum petitum in prima, sed reiectum à iudice, vbi appellatum non sit, rursus in secunda peti non poterit.

476 Appellans à non admissione, si succumbuerit, non poterit illud in secunda instantia postulare.

477 Probans de debito, sed non de quantitate, an ad illam liquidandam iuramentum hoc possit efflagitare.

478 In causis magnis non posse concluditur.

479 In modica alijs concurrentibus poterit.

480 Stante defectu probationis nec in foro conscientiæ deferri poterit, ex Nauarro.

PARS VLTIMA



Attamen, vt propositæ nunc considerationi vltimam, vt aiunt manum imponamus; duo alia principalia capita absoluenda duximus, vt deindè aliquorum subijciendorum quæsitorum dissolutione, omnia concludamus.

Alterum quidem est, vt exquiramus; quia Actori, & Reo passim tale iuramentum concedi diximus, cui eorum potius, si vterque concurrat, illud deferendum veniat.

Secundum, & postremum; qui nam iuramenti prædicti notabiles effectus esse probeantur.

Quantum ad primum pro clariori dissolutione, ita duximus breuiter distinguendum, quod aut primò. Ab Actore semiplenè probatum est, & à Reo nihil deductum; aut è contra ab Actore nihil, & à Reo semiplenè. Aut tertiò ab Actore semiplenè, & à Reo item semiplenè; Aut quartò ab Actore plenè, & à Reo semiplenè. Aut quintò à Reo plenè, & ab Actore semiplenè; Aut sextò, & vltimò nihil ab vtroque deductum est. 442

Primò casu distinguendum rursus est; quod

quod aut pro Reo adest præsumptio ali-
qua,aut nulla; si adest præsumptio, se-
cundum ea; quæ in Tertio supra requisi-
to notata sunt, † illud Actori deferen-
443 dum non est; quia ex tali contra vrgen-
ti præsumptione inductæ semiplenæ de-
rogatum aliquid censeatur,vt ibi,& ma-
gis vltra habes per Mynsinge. in obser-
uatio.camerali 68.num. 3. centuria pri-
ma incip.Regulare est, & Angelum in l.
non est verisimile num.1.ff. quod metus
causa, & facit optimè dictum Bartoli in
l.1.C.qui,& aduersus quos;dum voluit,
quod semiplena probatio;quæ aliqua pu
gnanti præsumptione eliditur, non di-
citur amplius semiplena. vbi verò nulla;
tunc stantibus requisitis indubitatum est
competere; dicas tamen,vt per Menoch.
in allegato casu 190.nu.19. & 20.

Quoad secundum membrum princi-
444 pale;vbi à Reo semiplenè probatum est;
& ab Actore nihil; si pariter nulla sit
pro Actore præsumptio, sine iuramen-
to Reum absoluendum esse constat ex
vulgari dispositione l.qui accusare C.de
edendo,& aliarum allegatarum per Bar-
tolum in tracta. varietat.interius ciuile,
& Longobardum Rub. 2. in princip. †
445 etiam si Reus aliquid probare sibi assum
psisset, & non probasset, iuxta allegata
per Detium in consil.3. num. 10. & Ro-
landum in consil.90. in principio vol. 3.
446 † Si verò adsit pro actore præsumptio a-
liqua; vbi ad iuramentum aliquod deue
niendum putetur,illud non suppletiuum
sed purgatorium,quod diximus, esse de
bet, † quod ipsum Longobardorum iure
447 siue adesset, siue deficeret pro Actore
præsumptio,semper ad Rei purgationem
deferebatur cum sacramentalibus, de
quibus alibi diximus, videas Glosam in
cap.ex insinuatione de procurato. in ver
bo probare, ac etiam in feudali causa
hoc ipsum obtinere habes per Afflictum
in cap.si quis se,vel patrem in tit.si de in
uestit.inter Domi.& vassallis oriatur.

448 Quantum ad Tertium, neutri illud cō
petere dicendum; & maximè Reo; vbi
contradictoriè iurato alicui contractui
aduersari depræhenderetur; vt per Cor-
nazzan. in d.decisio.68.num.17.allegan
tem ad hoc Socin.in consl.155.n.9.11.&
16.vol.2.& per Ancharan. familiar. quæ-
st. in. lib.3.quæst.51.vtriusque enim hoc
esse per concursum elisæ probationes
intelliguntur. Quod si ex eodem con-
tractu descendentem exceptionem semi-
plenè Reus deduxerit,dic, vt infra in pro
ximo quæsito quod non deferatur Actori,
habes per Surdum in consil.135.nu.95.

Quantum ad quartum, non esse Reo 449
deferendum Speculatoris legitur senten-
tia in §.vnico in tit.de iuramenti delatio
ne num.10.& videtur probari in l.negan
tes C.de actio. & obligatio. † Contrariā 450
tamen sententiam; quod imò non obstan
te Actoris plena semiplenè probanti Reo
illud deferendum sit, voluerunt plures
allegati per Afflictum in vulgato cap.Sa
cramentum de consuetud.recti feudi nu.
20.Quid dicendum?

Tu distinguendo has diffidentes præ- 451
fatorum sententias ita summatim pote-
ris concordare; quod aut Reus semiple-
nè probauit exceptionem propositæ A-
ctoris intentioni compatibilem; aut ve-
rò incompatibilem, & penitus contra-
riam † compatibilem exceptionem illam 452
intelligendo; quæ ex eodem contractu
descendit, vt supra dictum est, qualis est
solutionis exceptio, non numeratæ pecu
niæ altera, & similes † incompatibilem 453
verò quæ contra contractum est; ac pe-
nitus Actoris intentionem destruit.Exē-
plum, probauisti te mihi decem mutuas
se plenè; ego probaui semiplenè illa tibi
soluisse. hæc sanè exceptio compatibilis
est; Si verò probarem illa te mihi non
mutuasse, vt quia tali die, & loco præ-
tensi mutui ego absens fuerim, incom-
patibilis esset. † His stantibus Reo semi- 454
plenè compatibilem probanti tale iura-
mentum sine dubio deferri potest, non
obstante Actoris plena probatione secun
dum Afflictum in d.cap. Sacramentum,
Crauettam in consil.2.sub num. 16. Za-
barellam in d. cap. vltimo de iureiuran-
do num.16.& ibidem per Ancharan.nu.
6. Bald. in cap. cum Ecclesia sutrina de
caus.possess. & propriet. & Panormitan.

in cap. in omni negocio de testibus, vt multò magis præterea eidem Reo deferendum illud tibi suadeas, vbi semiplenè tantum de sua intentione Actor docuit, vt supra in Tertiò casu principali
455 suppositum est, † cum clarum sit probationum paritate existente, [illegible] magis fauendum esse; dum extra hunc casum pugnantes eorum probationes perferrentur, iuxta deducta per Magonium in Decisio. Luccensi 25. num. 65. Eidem verò Reo semiplenè incompatibilem astruenti concedendum nequaquam illud erit, ex prædicta Speculatoris sententia, prout habes per Ioan. Andr. in additio. ad Speculato. in d. §. vnico in littera L. Cappellam Tholosanam in quæstio. 400. incip. Item fuit quæsitum, & ibi per Aufrerium in additione Felinum in consil. 50. num. 31. Ripam in d. l. admonendi num. 110. Ioan. Fabrum in d. l. in bonæ fidei num. 5. vbi Guidon Papa, per Ioann. de ferrarijs in vulgata forma responsionis Rei conuenti in glosa iurisiurandi num. 15. & ita intelligendus putatur textus in d. l. negantes. Quarè concludendo, pro Actore tunc pronunciandũ erit ita eius plena probatione exigente cui per Rei contrariam semiplenam præiudicari non potest, vt per Butrium in cap. in nostra de testibus, quem refert, & sequitur Mynsinge. in obseruat. Camerali 93. cent. 1. & Angelum in vulgata l. in bonæ fidei sub num. 11. Intelligendo quod supra dictum est de probationum paritate aliter pro Reo fæmina deposuisset, & pro Actore Masculus vel si pro Actore senex, & pro Reo iuuenis quia tunc non essent pares probationes iuxta notata per Ioan. Andream in d. cap. in nostra de testibus, & in additio. ad Speculato. in §. iam de interrogatorijs in titulo de teste, & alios cumulatos per Pollidor: ripam in tracta. de tempo. nocturno cap. 61. nu. 13. & 14. limitando, vt per eum ibidem num. 16. nisi fæmina esset nobilis, & masculus ignobilis, & de concursu senis, & iuuenis (dic) vt per eundem nu. 18.

Quantum ad sextum, & vltimum, quintò omisso, vti claro, multò minus illud Actori deferri posse, concludere poteris, vt habes per Afflictum in cap. vnico §. inter pares de lege Corradi num. 25. quia Actore non probante, ex præcitata regula, ad absolutionem decernendam iudicis partes excitari debeant, iuxta notata per Mascar l. in sæpè citata quæstio. 9. num. 51. & Grillandum in tracta. de quæstio. & tortura §. 7. num. 8. intelligendo etiam, vt supra dictum est ex Detio, si Reus probandi sibi onus assumpsisset, & nihil probasset vt per Ozascum in decisio. 144. num. 16. Intelligendo etiam, & limitando rursus, si nulla pro Actore aduersus Reum præsumptio vrgeat, Nam si aliqua subesset; iuxta ea, quæ dicta sunt, purgatorium ei deferendum veniret; quasi necessarium tunc Reo sit, se eo modo ab vrgenti illa præsumptione liberare; vt habes per Iacobut. de Franchis in Rub. si de inuestit. feudi fuerit controuers. in §. item si vassallus num. 25. per illum textum, & in cap. 1. §. hoc ita de controuers. inter domi: & vassall. in fine, & plenè per Curt. Iunio. in l. manifestè num. 4. per plures sequentes ff. de iureiurando, Bartol. Bald. Alberic. & Angelum in d. l. in bonæ fidei Mynsingerium in obseruat. camerali 87. cent. 2. & alios allegatos per Mascard. in conclus. 1229. num. 21. notatur in l. præsenti §. sanè in vers. sicubi depositæ C. de his, qui ad eccles. confug. & habes per Grilland. loco proximè citato † etiam in criminabus causis exau- 456
diendo; vt intelligas præterea in his omnibus maximè iudicantis cognitionem, & ex ea regendum arbitrium attendendum fore, considerata litigantis vniuscuiusque dignitate, & alijs; de quibus per Mascardum in dicta quæstio. 9. nu. 49.

Vnum tamen receptui canendo, considerare non prætermittam; quod regula l. qui accusare; quemadmodum Reo prodesse intellecta est; si sibi aliquid probandum absumpsisset; & non probasset, nulla contra eum præsumptione vrgente, iuxta notata per Glosam in d. cap. ex insinuatione in d. verbo probare. † ita etiã 457
si ex l. diffamari C. de ingenuis, & manu miss.

miss.alias conuentus se absolui petat; ac per hoc quodammodo agere videatur; cum non per hoc Reus esse desinat; iuxta plenè discussa per Detium in d. consil.3.num.9. & sic Reus originarius cre-
458 ditur † cui etiam ipsi, quando reo iuramentum deferendum venit, illud deferri oportebit, vt per Detium ibidem numero. 10.

459 Tandem hic consultò quæri posset, quid iuris dicendum sit, si masculus, & fæmina simul litigantes stante semiplena,& alijs,ad iuramentum præfatum decurrant; cui eorum potius iudex deferendum illud arbitrari debeat? & Certum est,ex antedictis præponderare in masculo intellectus perfectionem, & dignitatem; & consequenter Masculo potius, si Actor sit,illud venire deferendum.Quicquid tamen sit, superflua creditur huius quæstionis propositio;cum ex prædiscussis omnia absoluta appareant; ac versari in ea iudicis arbitrium, non est, qui consultus negare valeat;& tantò magis, quod concursus iste determinatam habet decisionem,quia si agat mulier,& semiplenam protendat non elisam cum aliorum supra expositorum requisitorum concursu ad iuramentum sine dubio admittenda erit; si verò conueniatur; & compatibilem deductam exceptionem semiplene probet,adhuc ad il-
460 lud admittenda venit, † quia proniores ad liberandum iudicantium partes esse debeant l.fauorabiliores ff. de reg. iur.& facit text. in cap. ex litteris de probat. & &c. quantum verò ad concursum in depositione,dic, vt supra latius.

461 Quantum ad secundum principale caput creditur pertinere, iuramenti præfati effectum principalem ex præcedentibus satis monstratum credimus; cum eo intercedente omnes semiplenas compleri ac perfici cumulatissimè differuerimus quemadmodum, & latè habes per Mascardum in d.quæstio.9.nu.23.24.& 25.

Vt tamen rem ipsam non sine fructu vlterius deducamus, illud nobis discutiendum dabimus † nunquid videlicet
462 vincens huius iuramenti virtute etiam in expensis in causa factis debeat obtinere? Qua in re primum singularis Baldi traditio ponderari potest; de qua in auth. generaliter col. 5. C. de Episcop. & clericis; dum sensit,quem per iuramentum obtinentem in expensis quoque minimè victorem faciendum; cuius traditionem in l. properandum §. sin autem alterutra C. de iudicijs Alexand. & Iason secuti sunt, allegantes ad hoc textum in l.eum qui iurauit ff.de iureiurando; dum dicitur; quod qui condenatur in actione per inficiationem crescente, ex iuramento suppletorio in duplum condemnari non potest,sed benè in simplum; quasi quod sufficere existimatum sit à dictæ actionis natura recedendo, ea impropria, atque ita completa probatione vincentem, si ad victoriam pro capitali tantum summa, seu re perduci contingat, vt optimè animaduersum habes per Tessaurum in decisio.Pedemont. 236. incip. probans in principio, & Alexand.in consil.122. incip.viso processu vtriusque causæ vol. 2. & Rauennat. in sing.181.

Præmissam tamen traditionem non ita simpliciter probandam Hippolit. de 463
marsilijs censuit,sed ita demum, si Reus per vnum testem directè contrarium,vel compatibilem exceptionem comprobasset;aut aliqua alia præsumptione fuisset adiutus, vt per eum in suo singul. 485. incip. Nemini. Quæ modificatio ex ea iuris dispositione firmari videtur; qua dicitur ex iusta causa litigantem ab expensarum condemnatione absolui debere, iuxta tradita per Doctores in l. eum, quem temerè ff.de iudicijs, in cap.finem litibus de dolo, & contumacia, in constitutio. Regni incip. Diuorum principum, & inpragmat.Temeritatem,posita sub tit. de expensis.

Sed hanc ipse declarationem nullate- 464
nus probarem; Nam stante Rei semiplena,non poterit Actori hoc nostrum iuramentū deferri,quia si incōpatibilē nixus fuerit cōprobare vtriq; nō deferre supra cōclusū est;Si verò cōpatibilem,tūc alijs stātibus Reo potius;quo casu satis ē,vbi

 absolu-

solutus Reus nullatenus sibi refectis expensis à litè discedat. Alij verò alio modo distinguendum putauerunt, ita quod in facto proprio admittendam esse expensarum condemnationem censuerunt; in facto verò alieno, nequaquam, vt Thessaurus decisio. allegata num. 2. aduertit.

At ipse neque hanc ipsam distinctionem probari debere reor; Nam in facto alieno; cum semper probabilis ignorantia consideretur, donec non probetur contrarium,& sic scientia;numquam in condemnationem expensæ adduci cōsueuerunt; nisi quæ deinceps à publicatione citra erogatæ forent. ex quo tunc facta attestationum apertura scientia introducta censeatur; Quarè iuramentum hunc ipsum effectum in facto proprio, cum lis est, inducere affirmandum est, iuxta præmissa.

465 Tandem stante vtriusquè partis semiplena probatione compensandas inuicem expensas factas in senatu pedemontano decisum in dicta decisio. 236. memorat Tessaurus; licet mendosè iudicio meo, ibi legatur. Qua decisione attenta, illud concludi videtur, quod si litigatorum alter nihil in causa deducat, quod tunc; cum non adsit, quod cum nihil producente altero valeat compensari; expensarum condemnatio haberi

466 possit,† & tamen Baldi traditio generaliter cōcepta legitur;nulla de proposita distinctione mentione facta,à qua tamen ipse,vt mediocriter sentio, non putarem discendendum;ea ratione; quia iuramenti delatio æquitate nitatur,cum ex semiplena.Aduersarius quiuis iure condemnari non possit; sed ex æquitate rursus illud probationis loco habeatur; ac de causæ victoria desperatum ex necessarium probationum defectu, ad affectatam victoriam præter ordinem adducat, & alias iure absoluendum condemnationi subijciat; ac parere faciat; vt meritò propterea pro capitali tantum in alterius incommodum attendenda sit,non tamen pro expensis cogitabis.

467 Ea rursus sic posita conclusio restringenda est,vt non procedat,vbi plusquam semiplenè hoc iuramento obtinens in causa ipsa probasset, & Reus e contra nihil præstitisset, vt legis apud eundem Tessaurum eò loci, habetur per Caualcanum in iudiciali decisio. 15.incip.Ricius nu. 32. vbi alios allegat,& Iaffredū in decis. 171.cent.2.

Tertius effectus est, quod ex eiusmodi priuilegiata probatione, obtenta sententia nunquam in rem iudicatam transire credatur; imò quod semper ex nouis probationibus valeat retractari, vt in l.si qui adulterij C.de adulterijs, latè per Iasonem in vulgata leg. admonendi num. 321. in repetit. Ripam num. 42. Curtium Iunio: num. 19. Catonem Saccum nu.24.videndus est Bartolus in l.sic cum §.naturalis ff. de solutio. & in simili habes de sententia lata ex presūpta probatione, vt puta ex testium depositione attestantium, quia vicinus, iuxta notata per Crottum de testibus parte 8. num. 17. vbi videas,& de antedictis per Bald.in l.sub spetie C.de re iudicata sub num. 1. 468

At re vera, circa eiusmodi effectum non modicè inter eos, ac simul cæteros ibi illum textum repetentes concertatum est; Nam & textus ex nouis instrumentis repertis retractationem contingere posse innuit;vndè quæsitum est nunquid idem nouis ex testibus attentare liceat? † stante, quod in stricta significatione accepta instrumenta procul à testibus distinguntur, iuxta ea, quæ latè notaui in rub.C. de edendo. Et in hac ipsa re, licet contra Bartolus senserit, etiam in causis, in quibus per testes probatio haberi potest,& cum eo ex antiquis, & recentioribus interpretibus multi, † placet tamen contraria scribentium sententia; quod imo, etiam ex nouis testibus dicti iuramenti virtute lata sententia retractari possit;secundum quod latè illam Iason defendit. eorum enim noua est instantia,simulque ad priorum reprobationem inducuntur, ac etiam eorum pars nouiter agens per prius ignorantiam habuit.ac Tandem considerato,quod ea sen- 469 470

ten-

tentia ex iuramento lata ex æquitate, cui innititur, deferatur; congruit propterea, vt maiori alia æquitate exigente, ex nouiter repertis instrumentis, vel testibus conuellatur, † Vndè dum dicitur, quod ea sententia non intelligitur
471 tempore aliquo in rem iudicatam transire, exaudiendum sanè impropriè est, vt puta quia ex alijs fortasse nouiter apparentibus de facilè, ex prædictis valeat retractari, & faciunt optimæ, quæ de sententia ex iuramento in litem dato firmauit Rolandus in consil. 87. num. 12. & sequenti vol. 4.

Restringenda tamen hæc ipsa conclu-
472 sio est, vt non procedat, si partis alterius voluntate tale iuramentum delatum extitisset, iuxta singulariter notata per Hippolit. in singul. 213. quia tunc decisorium intelligeretur, eoque medio transactionem factam; quam constat prætextu nouiter repertarum probationum retractationi non cedere, vt in l. sub prætextu C. de transact. & alijs pluribus allegatis per Ozascum in decisio. Pedemont. 60. num. 2. & prosequitur Menoch. in consil. 217. num. 14. vbi nec appellari posse, firmauit in fine, quod tamen in nostro hoc necessario secus est, quippe cum in eius delatione pars minimè consentire deprehendatur, vt in præcedenti, iuxta notata per Alfonsum de Villagut congregationis Casinensis in praxis criminalis Canonicæ lib. 4. conclusio. 7. habes per Franciscum Marcum in decisio. 543. num. 7. & Bartholomæum Acerbum in consil. 11. inter consilia criminalia diuersorum sub nu. 3.

Num autem iure ipso communi, an verò per viam restitutionis in integrum ex nouiter repertis sententia prædictá retractari debeat, & sub qua formula, vide per Mantuam in eius singula. 360.

Quartus, & vltimus effectus est; quod
473 pro obtinente vigore eiusmodi iuramenti, eiusque sententia maxima insurgat apud appellationis iudicem præsumptio quod videlicet ex legitima semiplena ad illud deuentum fuerit, vndè eiusmodi sententia apud eum non erit de facili retractabilis, quia multū cognoscenti iudici tribuatur vt habes per referentē vallariam in Nouissima decis. Lucensi præallegata 71. alios vero effectus prosequere vt per Caccialupum in d. l. admonendi à num. 194. vsque ad finem.

Vt tandem, iuxta votum, præsenti considerationi modum imponamus duplex pro eius coronide, duximus quæsitum absoluendum. Alterum quidem est; An hoc necessarium iuramentum in principali causa, seu prima instantia omissum, possit in appellationis altera reparari? Secundum, & vltimum; An probato credito contra aliquem creditorem, sed non per certæ quantitatis designationem, ad illud certificandum ipsi creditori alias de mutuo plenè probanti, suppletorium, de quo agimus, deferri valeat?

Quantum ad primum bræuiter distinguere poteris, quod aut illud in prima instantia non fuit petitum, † & tunc, quia 474
iuxta sæpè considerata, errores omnes commissi in prima instantia, possunt in secunda reparari, iuxta sæpè allegatam Capicij decis. 35. & latissimè apud Mascardum in concl. 118. per totam, etiam hoc nostrum omissum iuramentum in 2. appellationis poterit restaurari, non secus, ac de beneficijs, & repulsis suis in locis aptè notauimus, & habes per purpuratum in cons. 332. nu. 4. quem refert, & sequitur Barsius in decis. Bononiensi 50. num. 22.

Aut verò fuit petitum, sed à iudice ne- 475
glectum; quia ex causæ videlicet cognitione per ipsum habita, illud minimè debere deferri putauerit, & tunc certum est, † quod si pars non appellauerit, pro- 476
ut à non admissione ad illud appellari posse, suo loco diximus, vtique ad illud regressum aliquem amplius habere non poterit. At si appellauerit quidem, sed succumbuerit; vt puta, quia ab appellationis iudice malè fuisse appellatum, pronunciatum sit tunc similiter neque ad illud conuolare poterit; quod si è contra obtinere contingat, iam ad illius delationem decurrere eum posse, extra dubiū est, & habes per Corneum in cons. 27. n. 8. vol. 3.

Quan-

477 Quantum ad secundum,& postremū, videbatur quidem illud præ confusione non debere deferri;quia etiam de immenso debito ad iurandum super quantitate adducendus creditor iurare posset, ex Bartoli tradditione in vulgari l.admonēdi nu.40. vers. quæro quid si testis deficiat, quam sententiam communiter probatam ibidem num. 188. Franciscus Ripensis pronunciauit.

Quicquid tamen sit,rem ipsam,ita distinguendo,explicare poteris,& sic quod aut probatum mutuum,de cuius quantitate creditor iuraturus est, immodicum

478 effertur, aut è contra modicum † primò casu,quia in causis magnis,iuxta conclusa,tale non admittitur iuramentum, nisi cum insigni,& nobili persona negocium peragatur,ex tradditione Francisci Curtij in d.l.admonendi num.311.buem refert,& sequitur Mascard.in concl.1096. num. 17. dicendum est ea incertitudine supposita, ad aliquod euitandum periurium,creditori præfato tale iuramentum

479 non debere deferri. † Secundo verò casu cum concurrat requisitum à nobis supra per plura dilucidatum,non videtur considerandum discrimen, quod iuret super illo,super quo iurauerunt testes, vel super alio,quod constat,cum eorum dicto coniungi.Quarè si duo testes deponent se vidisse Titiū mutuare sempronio pecunias, sed quantitatem interrogati se ignorare respondeant, vtique suo iuramento mutuans; si quantitas modica sit, & ipsæ vti persona legalis iudici innotuerit, illā certificare poterit; quod pluribus auctoritatibus comprobauit Ozascus in decis. Pedemont.96.incip.Constantius de Valle, vbi idem si de debito constet per Aduersarij confessionem nolentis tamen eius quantitatem explicare, per totam decis. & alij allegati per Decium, & post eum in l.vltima C.de edendo nu.24.Marsiliū in sing.322. & Petrum Surdum in cons. 246.nu.5.habes, & per Iosephum Lodouicum in decis.Perusina 100.incip.Gregorius Hospes,Crauettam in cons. 514. nu.15.Stiaticum in d.cap.20.nu.40.Folerium in additione ad Marantam in d. actu 9.nu.21. Raimum Faroliuiensem in l.1.de in litem iurando;prout, illū refert Ripa in d.l.admonēdi nu.188.& Bartholomęum Cepollam in sua cautela 100.incip. Aliquis mutuauit; modicitas enim hoc casu pro congrua taxatione habetur; qua supposita, & à iudicante facta, damnum passo, ad eius liquidationem admitti interdum iuramentum habes expresè in l. si quando C. vnde vi, vbi latius Iason notat.

At si non per duos testes,† sed per vnū 480
affinem, vel alio quouis modo non integrum quis de mutuo ipso probaret, tunc secus,quia semiplena non adesset;de quo dic,vt latè per Doctorem Nauarrum in eius consilio vnico in titulo de arbitris. Atque hæc pro iudicia ipsa tractantibus de ipsorum principalium reprobatione, pronostra paruula industria hactenus pręnotasse satis sit, si quæ etenim alia desiderari ingeniosi aduerterint; non quæsò nobis vitio dent; Sed alibi inquirentes sat sibi ipsis satisfactum putent,dum partem aliquam, quamuis minimam in hisce nostris lucubrationibus inuenire datum est ad Laudem Omnipotentis Dei; Cuius Sanctissimi nominis, Crastina luce,pro bono anni initio,laudes decātabimus,ad æternæ vsque gloriæ fruitionem.

Laus Deo, Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

RERVM

RERVM, ET SENTENTIARVM, QVAE IN HAC SECVNDA PARTE CONTINENTVR.

Index copiosissimus ordine sequitur Alfabetico.



Arbi-

Causæ

L Defe-

La-

L

M

N

O

Præ-

Reo

ficilis

FINE.

Laus Deo, Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

